

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

#### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + Keep it legal Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

#### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

# Theophili Sigefridi Bayeri Regiomontani Historia ...

Gottlieb-Siegfried Bayer, Theophilus Siegfried Bayer

Π






13



. ۰. ۰. ۰. ۰. ۰. 

.



## THEOPHILI SIGEFRIDI BAYERI Regiomontani (Schauyley) HISTORIA OSRHOENA et EDESSENA EX NVMIS ILLVSTRATA

Jahu 1481 2.1.985 -1.55

Digitized by Google

In qua, Edeffae vrbis, Ofrhoëni regni, Abgarorum regum, praefectorum Graecorum, Arabum, Perfarum, Comitum Francorum, fuccessiones, fata, res aliae memorabiles, a prima origine vrbis ad extrema fere tempora explicantur.

> PETROPOLI (Sector) Ex Typographia Academiae clo loccxxxxx.



• • •

# ERNESTO IOANNI

#### S. R. I. COMITI

# BIRONIO

IMPERATORIAE MAIESTATIS

### TOTIVS RVSSIAE

# SUPREMO CAMERARIO

ORDINVM S. ANDREAE AQVILAE POLONICAE

ET S. ALEXANDRI

# EQVITI



CASTRI VENDENI ET TERRARVM FREYDEN BERGAE PALZEMERI SVETEHOVI PLA-THONES MVREMVISES

# DOMINO HEREDITARIO

HOLMENHOVI ET VURZAVENSIVM

PRAEDIORVM


DOMINO

CET. CET.

QVEM VIRTVS ET HONOR SACRATA SEDE LOCATVM CERTANT MVNERIBVS CONDECORARE SVIS.

MAGNI ANIMI MERITVM PIETASQVE FI-DESQVE CANVNTVR PARVA SED MEMORI TEMPVS IN OMNE CHELY.







T de ANNA AVGVS-TA assiduissime cogitemus, eius nos singuli dies nouo quopiam ad maiestatem splendore et ad re-

Digitized by Google

giarum mentium admirationem imitationemque proposito exemplo, nouo \*3 in

in publicam aut imperii aut orbis terrarum falutem beneficio admonent. Ita fit, vt nobis frequenter ante oculos obuerferis, Illustrissime Comes, cui quantam facrarum curarum partem diuinus ille animus commendare soleat, quamuis non perinde, vt, qui ista in luceviuunt, perspiciamus, tamen vel hac in vmbra audiendo fruendoque sentimus. Quae nos fic recordamur, vt tuam Excellentiam colamus, virtutes autem tuas, dicam enim plebeio verbo, sed proprio et vero, diligamus. Istam ex AVGV-STAE de te existimatione incomparabilem gloriam, quae neque huius im. perii regionibus, neque omnium iam regnorum finibus continetur, hanc a populo mercedem, tuae in AVGVSTAM fidei, multarum deinde laudum, quarum in te tuique similibus ne nomina qui-

quidem latis ampla reperimus, consecutus es. Sunt haec eiusmodi, vt a me pro dignitate praedicari dicendo nequeant. Nam de tua Excellentia et de virtutum tuarum promeritorumque omni genere tam magnifice fentire potest nemo, quin ipsa re sis superior: tam copiose autem exquisiteque quid potest dici, quin tanto et tam graui accuratoque AVGVSTAE de te iudicio ignobilius sit ? Si quid tamen est, quod secundum illius gratiam et conscientiam istam tuam recte honesteque factorum, tibi in maximis occupationibus tuis leuamentum aliquod adferat, isthuc,quomodo mihi persuadeo, nihil est aliud, quam, tametsi simplex, at directa omnium de tuarum virtutum amplitudine confessio. Quam equidem, si Academiam videas et nos, qui in hoc liberali

rali otio ingenuis artibus vacamus, cupio magis, vt ipsis in animis nostris, vbinata est, vbi educata, introspiciendo prorsus possis cognoscere. Nunc, quia nostra pietas ex intimis recessibus procedere atque in oculis hominum auribusque sua se integritate ia chare gestit, alterum me ad te, Bironi Excellentissime, observantiae suae interpretem, vt non satis idoneum, ita fidelissimum certe, Academia quasi manu sua deduxit. Et quamquam paruae vrbis regnique non modo arctissimis spatiis descripti, sed etiam alienae potentiae deuincti historiam cum regulorum aeruginosis numis, ad te, a nobis destinari munus fortassis non oportuit, tamen Academia existimauit, haec.minuta ingenii mei non magnis in rebus studia, 'tibi, qui protua admirabili benignitate, voluntates no-Aras

Itras magis, quam rem ipfam respicies, non ingrata fore, quoniam ne minima quidem donaria a deorum puluinaribus vmquam repulsa sunt. Itaque adductus officio, fide, observantia, multorum bonorum in bene de publico merentes exemplo, vetericonsuetudine institutoque maiorum, vt Academia censuit, tibi Bironi Illustrissime, conceptis verbis, hoc quidquid est, quantulacumque a facultate profectum, optima mente do, dico, confecro. Cum sub hoc splendidissimo AVGVSTAE imperio artes omnes et disciplinae illius Maiestatis numine recreatae, ornatissimum locum consecutae sunt, cumque tuo dignatae patrocinio in dies magis magisque efflorescent, de quibus quantisque beneficiis gratiam nos habere oporteat, non obscurum est : quid praeterea deinceps pe-

vacuum, vt de optimis artibus earumque fortuna cogitaret § At AVGV-STAM hac omnium noftrum fpe atque exfpectatione imperium adire meminimus, ita, ita his annis eam vidimus, nulla vt pars vel ad securitatem imperii vel ad decus tam parua esse alicui videatur, in qua illius diuina virtus haud aeque verse-Non magnitudine tur vt in maximis. curarum contentionumque remissiorem quisquam sensit, non rerum varietate: et dissimilitudine moueri. Quae alacritas in suscipiendis negotiis est., ea in prouidendo disponendoque vis, in perficiendo fortitudo, constantia, celeritas. Haec res tota est AVGVSTAE et propria.Ita igitur rerum immortalium gloria excelfa est et infinitorum: maximorumque in ciues suos; et omne genus hominum fama meritorum, vt bonos omnes patriae-

triaeque amantes deo immortali gratias agere oporteat, quod ANNA AV-GVSTA in hoc potifimum imperio nata est. Eundem venerari nos oportet, vt et pacis muneribus, et, si ita contingat, bellicis laudibus victoriisque: cumulatissima, florentissima sociorum defensione, propulsatione hostium, ciuium ornatissima felicitate, isto suo excellenti bono gaudeat, fortuna et gloria fruatur, omnesque ante se reges et principes diuturnitate cum vitae tum imperii exsuperet. A te, Excellentissime Comes, etiam atque etiam petimus, vt, quia nostram felicitatem beneuolentia tua prosecutus, apud AVGVSTAM commendare non. definis, pro tantis illius muneribus nostro nomine immortales gratias agas, tuam autem benignitatem tibi nominique tuo honorificentissimam', nobis litterisque

con--

conferues. Ita tibi deus et Illuftriffimae domui tuae, non tantum hoc anno, quem vos fauftiffimo aufpicio ingredi gratulamur, verum etiam perpetuo, meritorum, gloriae, fortunaeque et incolumitatis quam exoptatiffimum ftatum ex animi tui fententia et bonorum omnium voto concedat. Petropoli ipfis Kalendis Ianuariis clo loccxxx1v.

AD

#### AD

## IOSEPHVM SIMONIVM ASSEMANVM PRAEFATIO.

Oc ingenii nostri qualicumque munere edito neque multa inveni, de quibus praefarer, neque omnino nibil. Malui autem de iis tecum potius agere, quam cum vniuer fis lecto-

Nam, um ab iis monumentis, quae ex biribus meis. bliotheca Vaticana, eximio in litter as beneficio euulgasti, vel in primis adjuti sumus, bunc tui promeriti fructum a nobis repetere tuo iure potes, vt tibi quam ornatisfimas gratias agamus. Quo officio, propemodum ot publico, sic defungor, vt ob tuam beneuolentiam, veterem illam quidem et non obscuram, laudi tuae priuatim quoque obsecundem. Quem autem laboris nostri iudicem malim effe, quam te? cuius aequitate magis niti bac in cauffa atque defendi, quam tua ? Nondum enim ea tempora sunt, quibus ista do-Etrinae pars, quam boc in loco trastandam suscepi, ita apud doctos bomines gratiofa, metim autem tam populare atque plausibile factum sit, vt tui praesidium iudicii mibi non sit exoptandum. In Romanarum Graecarumque antiquitatum fludio, multi magno et excellenti ingenio viri fic funt verfati, ot pauca de sideres, quae non excussa ad inuestigandum, ad explicandum producta, ad veritatis lucem exacta, aut saltem in suspicionibus posita coniecturaeque commissa fint. In iis autem argumentis, quae Asiaticas res

Digitized by GOOGLE

res et Africanas fic comprebendunt, vt cum istius doctrinae disciplina et arte coniuncta videantur, multa ad bune diem relicta fuere', partem quod istorum populorum litterae nostro in orbe non ita cupide sunt excultae, partem quod monumentorum nulla tanta inter nos exstitit copia. Qui fine bis adiumentis illarum rerum aliquam attigerunt, iis fere boc accidit, vt, cum omni a parte ex difficultatibus laborarent, ne in Romanis quidem Graecisque au-*Etoritatibus et testimoniis*, quemadmodum pedem figerent, aut vbi confisterent, reperire sibi giderentur. Nolo beic quemquam nominare : nam quod dico, ita promptum est et propositum, vt non ea doctrina, quam in te constat esse, intelligatur, verum vt nemini, qui paullulum aduerterit; obscurum esse queat. Sic fere bis cum rebus adbuc actum eft, vt de sui seculi Graecis Polybius Megalopolitanus conqueritur. Ex omni illa Asiaticarum rerum surba Ofrboenas et Edeffenas praecipue explicandas multis de caussis iudicaui. Primum nonnihil dignitatis babere sunt visae, quod magnas atque nobiles Mesopotamiae conuer fiones continerent, quae regio bellorum inter gentes et varias et prope infinitas feracissima fuit. Tum autem fic potuere tractari, ot maiorum in superiori A sia populorum memoriae, perquam adbuc obscurae subserviretur. Multa deinde in scriptoribus vel Romanis vel Graecis ab bac parte aut emendari, aut illustrari, in Imperatorum legibus explicari, in locoram temporumque doctrina proferri posse visa. Illa autem numorum copia, quos seureges Edeffeni seu ciues signarunt, baud potuit commodius et fructuosius collocari. Perpetuam populi illius vrbisque

que bistoriam ad extrema sere tempora persecutus sum,ea maxime caussa, vt, quae bello (acro gesta fuere, ab hac. parte accuratius noscerentur. Tantae res tam magnificae el variae, auctores nactae tum ex Graecis sic satis idoneos, tum ex Francis bonos in primis et copiolos, tamen magno incommodo laborant. Quotusquisque nostrum istos quidem fine fastidio et offen fione legit? Tam multa enim ex Afaticarum rerum linguarumque ignoratione obscura et miris modis corrupta illis in scriptoribus exstant, wt beig quasi Hercinio aliquo in saltu versemur, multa reperias quae cobaerere non videantur, alia quae secum pugnare. Ita in bisce illustrandis, emendandis conciliandisque inter se, nullus labor peius ponitur, quam in Romanis et Graecis. Sed in iis prope sunt innumera, quae adbuc aut nostram aut aliorum diligentiam aliis in locis de siderant. Nam ad totius Mesopotamiae magis quam ad Ofrboenes bistoriam pertinentia, ea veluti per saturam adiecimus. Scio me et copiosiorem futurum fuisse et accuratiorem ornatioremque, si cuncta monumenta a teex Vaticana bibliotbeca edita exbibuissem : nunc quia extremam operis tui partem nondum potui impetrare, vel meo incommodo necessitati buic concedendum fuit. Dum baec ad te scribo, vitam et res gestas Saladini, tum ez Bobadine ben Schaddadi, tum ex Ismaele Abulfeda et Amaoddino Hispabanensi, a viro amplissimo, Alberto Schultenio, promore suo meritoque in bas litteras veteri, doctissime explicatas, e Belgio nactus sum. Quas cum voluptate legens, multa vbique reperio, quibus ad exornanda baec. De fatis autem vrbis Edessa. mea vti potui∬em. la-

) 2

ladino, lectores, cum ad illum locum peruenerint, in bis fcriptoribus requirent. Ismaelis Abulfedae testimonio idem praestantissimus Schultenius et famam eccle siae splendidisfimae eadem in wrbe et trecentorum monasteriorum restaurauit. In ruinis iacere scribit Abulseda circiter annum clocccxx1. quo anno Canonem edidit. Quae ad eccle fiarum Ofrboenarum bistoriam pertinebant, ea ego ab bis ciuilibus rebus alium in locum (eponenda existimaui, ni si si quid praetermitti non potuit. Quam rationem in Abgarorum temporibus secutus; sim, vides:quod a te dissensi, tua illa admirabilis aequitas non modo inique non feret, sed etiam benigne interpretabitur. In men sum rationibus incerta funt omnia, quod non satis constat, quo mense regum primus Osrboes principatum inierit, in quo peluti cardine ceterorum tempora regum versantur. Attamen statuendum aliquid fuit, tamquam certum : neque potest noster error nimis esse magnus. Illorum regum numiaenei plerique,quos ipse vidi,non admodumrudes ab arte fuere,-certe luculentiores et Partbicis et plerisque Edessae vrbis liberae. Malui autem in tabulis sic exstare, vt quantum poterat fieri, naturam ip(am et picturae eminentiam vmbrae beneficio exprimerem , quam vt extremis lineamentis effent descripti. Neque me absterruere eruditorum quorundam de Medicharbi Comitis simillimo Satius eft, mea opinione, in numis ainstituto iudicia. liquid obscurius, ficuti est, ponere, quam, quod non sit, comminisci. Ab bac antiquariorum elegantia infinita eorum in tabulis reperiuntur, quae cum ficta fint ad explen-

plendas numor um quasi lituras, tum multimodis nobis offisunt, vt tantus ab corum industria fructus et tam multiplex ad nos non per ueniat, quantus ip fis in numis fitus Ita nimirum de numis sentio, vt multi excellenti in-€ſt. genio viri, vestra in Italia de inscriptionibus, nibil vt mutetur, addatur nibil, eadem vel deformitas vel elegantia spectetur, veluti vera in pictura. Ceteros numos, quos ex antiquariis produxi, ita, vt erant, suis in lineamentis reliqui. Edesseni a colonorum Graecorum (requentiaeorumlinguae sese adsuefecerant : eo mirum non est, quod numi omnes Graecis titulis inscripti exstant. In actis autem et tabulis publicis Syriacae linguae locum esse datum, tuis ex monumentis intelligo. Et cum reges fere aut Parthi fuere, aut Syri, aut Arabes, e Graecis vero nullus, baud opinor publicae auctoritatis confilio numos Graecis titulis signatos : totum enim boc moneta-Graecos monetarios babuisse viriis fuisfe permissum. dentur, quod tum monetae signandae ratio atque ars omnis nondum esset vulgata ad barbaros. Venit mibi in mentem Sopatri factum, quod Cosmas Indicopleustes memoriae proditum reliquit. Is, vt apud Sieldiuam, veterem Taprobanam naue Adulitana appulit, ad regem eius infulae deductus, cum legato regis Persarum, qui tum forte aderat, de Imperatoris Romani magnitudine con-Et ille quidem in regis Persarum laude multum tendit. fe iastabat, cum Sopater ad regem Taprobanensem conuer fus, non opus effe multis verbis, oftendit, vtrumque regem sua cum maiestate et opibus et veluti ingenio prae-

Х З

Digitized by GOOGI

len-

#### FRAEFATIO

fentem spectari posse. Simul numum protulit aureum seu Flauii Anasta fii, seu Zenonis Isaurici, illis enim fere temporibus fuit, et miliare sum Per sicum ex argento factum. Hic ille rex, vtroque numo vijo, in Romano et auri et artis praestantia tactus, Romanos et magnificos esfe, et potentia ingenioque longe antecellere iudicauit. 'Tantum potuit in barbari regis animo fignati numi elegantia, quam ne tum quidem adbuc Persae erant consecuti. Mirum, quod nondum aliquis numus argenteus in Edeffenis eft vifus, vt in Parthicis exstant nonnulli, nedum aureus. Aurum flandi cudendique potestatem Imperatorem Romanum nulli, ne regum quidem regi fecisse, nisi memoria me fallit, bic Colinas Aegyptius aliquo in loco declara-Quid iuris Romano in Persarum regem fuerit, non uit. video : aurum in Persia istis temporibus non suisse signa-Nullae enim tum quidem fuerunt auri tum, concedo. fodinae, quae non in Romanorum potestate effent, velut illae Pannonicae et Thracicae, aut, si qua in Aegypto reliquaue in Libya auri copia fuit : Arabicae Indicaeque neglectae fuisse videntur, viterior oriens non admodum patuisse mer-Nam in periplo maris Erythraei sub Marco caturae. et L. Vero Antoninis inuenio, inter merces Romanas in India fuisse denarios aureos, qui cum quaestu venirent. Quare nullo inter dicto ImperatorumRomanorumPersaecircumscripti sunt, sed a facultate auri flandi cudendi bis temporibus exclusi fuere per inopiam. Eadem caussa in Asiatisis vrbibus Romanae ditionis aureos fignandi numos potestatem non fecit, et ne argent eos quidem, ex quo tempore fodinae argenti omnes aerarii Romani fuerunt. Aes solum . TC-



relictum ciuitatium monetis. Argentum fignatum in Mesopotamiam, cum ex Romanis prouinciis, tum ex Perfia commeasse videtur. Igitur non modicae maiestatis ostentatio fuit in Palmyrenis, cum Vaballathus et Zenobianon argenteos modo numos, sed etiam aureos, quorum vnum eximium litteris Palmyrenis vidi, cudendos curarunt, credo bos ex Romanis, illos ex Persicis conflatos. Reges ducesque Franci in Syria tum Byzantiis (unt v fi, tum denariis Arabicis Persicisque, quod quidem ex multorum testimonioconstat. Monetam tamen argenteam litteris Arabicis eosdem cudisse opinor, quod numos aliquot litteris vetustate euanescentibus vidi, in quibus Conradi nomen erat. Si quis orientalium rem numariam tractandam suscipiet, tum baec verius indagari di que curatius explicari poterunt. Ceterum ipfo in libro, Affemane praestantissime, sic me inuenies egisse, vt nullius eruditiviri laudibus atque existimationi officerem. Si in ono antiquario, cuius summae eruditioni faueo, ingenio nouarum rerum cupido succenseo, aliquid inclementius statui, vides, quam viam munitarit, quo iter adsectet, vt incoepti audacia et non modo indignitate rei, sed etiam magnitudine, solito magis commoueamur. Haec Archontiana officina, nuper ab illo folerti viro exaedificata, etiam ab tuis istis monumentis Syriacis Arabicisque a fundamentis disiicitur. Quemadmodum enim tot praesertim scriptores, tam ampla volumina ab Archontii Seueri domesticis copiolis excudi potuere? qua via in orientem iftis praesertim temporibus di pergi? Velim, si viueret, iple mihi diceret buius officinae et architectus et neocorus. Tamen ista cum bis Romanis Graecisque couueniunt, vt ab

Digitized by GOC

ab eodem fonte, rerum inquam vera memoria er incorrupta, ducta sint omnia. Et exstabunt eius gemeris tuo beneficio plura, in quibus quam vellem, vt aliquando Diony sius Telmariens integer prodiret, vt ex eo Eusebianis subueniri posset. His rebus de erudito orbe et meritus es praeclare et ita porro mereberis, vt cum amplissimum et ornatissimum locum consecutus es, tamen summa doctrina et virtute perfecisse videaris, vt, quanto bonore ex illa dignitate adficiaris, non minora dignitati ipsi ornamenta ex tua laude tribuas. Vale. Petropoli pridie Id, Nouembr. clo 10 cc XXXIII.

HISTO-

### HISTORIAE OSRHOENAE ET EDESSENAE

#### **E** NVMIS ILLVSTRATAE

### LIBER PRIMVS

### De situ origine et incrementis Edessae vrbis et de Osrhoeno regno instituto.



Dessa in septemtrionali Mesopotamiae tractu haud longe ab Euphrate fita fuit. Ita enim explico Isaacum Edessenum episcopum, in praesatione libri de secessu fuo in montes Edessenos, مین اورهوی مدینت دبیت نهرین هی دیتبا :ait

Digitized by Google

بريش مصعت نهروتا دنرت ودتلت نهروتا موربا ex Edessa vrbe Mesopotamiae, quae sita est in summo medio, inter magna flumina Eupbratem et Tigrim, vt interpretatus estAssemanus.(1) Sententia obscura est, nisi si quis sciat, extrema verba sic dilucidius posse reddi : in lumma parte, seu in extremis ad septemtrionem regionibus Mesopotamiae. مصعت فهروت Nam nihil quidquam aliud fignificat, quam auto TETO, The Ms

(1) In Bibliotheca orientali t, 1, f. 462,

Μέσην ποταμοίν. Nimirum δίς ταυτόν ό χρηςός Ισαά-Strabo (2) a traiectu Euphratis Edessam ponit, RÍOG. Schoenos puta Babylonios et schoenis quatuor. Perficos eos, quorum finguli quadraginta stadia Graeca efficiebant, (3) quatuor autem, stadia admodum centum et sexaginta, siue M. P. XX. Romanorum pedibus secundum Strabonem exactis. (4) Fulcherius Carnotenfis de gestis Francorum, (5) trans Euphratem viginti fere millibus et Tauernirus (6) vnius itinere diei a fluuio Edessam collocant. Neuter longius abit ab istis stadiis Graecis aut passibus Romanis. Herodotus enim in Terpfichore, vnius diei iter, vt in Mesopotamia Persicisque prouinciis omnibus tunc erat, centum et quinquaginta stadiis definiuit : et militis Romani iter diurnum fuit M. P. XX. nonnullis temporibus etiam M. P. XXVI. feu stadia CCX. Cum autem Strabo contendit, Edessam Bambycen quoque et Hierapolin dictam suisse, in eo fallitur, et Hierapolin Cyrrhesticam, quae etiam nunc Arabibus منبج et منبج Mambugj, perperam confundit cum Edessa, a quo errore Plinius (7) scite cauit. Sitam fuisse vrbem in accliuitate montis, non modo ex Ifaaco Edesseno intelligo, sed etiam ex numis, in quibus fimulacrum vrbis in rupe fedens pede calcat Is fluuius est Scirtus, quem Procopius fluuium. Caefarienfis (8) scribit, minime spatioso alueo, aqua e mul-

2



<sup>(2)</sup> p. 863. ed. Henr. Petri (3) Strabo f. 604. (4) p. 374. (5) c. 6. (6) p. 149. Procopius de B. Vandalico p. 177. ed. Paris. (7) l. V.c. 23. 24. Hunc errorem Strabonis iam notauit Th. Hyde in Itineribus mundi p. 42. V. Golius ad Alfraganum p. 260. et Affemanus in notitia Episcopatuum Iacobitarum (8) de aedificiis Justiniani l. 11. c. 7.

#### E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. I. 3

e multis regionibus collecta, per mediam fere vrbem atque sub moenibus ipsis in arcum fastigiatis subire, nonnumquam largis imbribus intumescere, deiicere moenia et vrbi exitium minitari.

II.VrbemaNimrodo effe conditam, scriptores quidam litterarum monumentis confignatum reliquere : qui cum antiquam rerum memoriam, veluti picturam euanescentem vetustate a maioribus accepissent, non modo eam coloribus iisdem, quibus fuerat, reuocare non sunt ausi, sed formam quoque ipsam et rerum lineamenta per summam seu fraudem seu imperitiam confuderunt. Et illi quidem, fi hac vna in re aut fimili alia optimo cuique offudissent tenebras, bene cum historia ageretur, nunc vbi caligine inuoluerunt tantum non omnia, redarguendus est nobis illorum quiuis etiam leuis error. Gobelinus Persona : (9) Nemroth aedificauit Edissam ciuitatem Armeniae. Ifidorus Hifpalenfis in Originibus veterem opinionem refert his verbis : Edilfam Mesopotamiae condidit Nemrot filius Chus, postquam de Babylone migrauit, in qua et regnauit, quae ante Iare cognominata est. Iare eft Iarech seu Arech, de qua in Genesi, (1) Nimrodum in Sinear condidiffe Babelem, Arech seu Erech, Accad et Illam Arech Syri interpretantur Edessam, vt Chalne. non modo Gregorius Malatiensis, (2) sed etiam S. Ephrem in Genefin, (3) cum ait ارك دىتبة ادسا Erech feu Arech, feu Ogex, vt S. Theophilus ad Auto-Α ly-

(9) Cosmodromii p. 76. (10) l. XV. I. (1) c. X. 10. (2) in histor dynastiarum p. 18. (3) apud Affemanum t. I. p. 26.

lycum, (4) his enim modis Syri cnuntiant, quae est Idcirco Edeffeni fe اركبا Orchoienfes feu A-Edesfa. rachenses vocant. Sed Arecca illa in Genefi, eratBabyloniae seu Assyriae vrbs, quae regio ex eo rempore vetus cognomentum عراف Irak feu Erak reti-(5) Ea in regione Vr oppidum fuit, in quo net. natum esse Abrahamum e Genesi perspicue constat. Eupolemius in historia Iudaeorum, (6) Abrahamum Camarinae in Babylonia natum scribit, eam autem aliis Ouginy vocari, quod terminationem Chaldaicam exprimit, tamquam quae اور هبا Vrbi dicta fuerit.Iofephus, (7) Ούχην χαλδαίων vocat, atque in ea vrbe ad suam vsque aetatem sepulcrum Abrahami suisse ostentatum auctor est. Claudius Ptolemaeus Oexón nuncupat, terminatione Aramaea اورهى Vrhoi, ignis, lux, fol est. Hinc Strabonis (8) Ogx yvoi, fecta Chaldaica a Borfippenis ceterisque diuería. Non erat autem illa vrbs cum Vrboi, altera vrbe, Edeffa inquam, ideo confundenda, quia vetus Edessae nomen est Vrboi. Tanto enim interuallo duo haec oppida seiuncta funt, quanta fere totius Mesopotamiae longitudo est ab austro in boream porrecta. Equidem non repugnauero, si quis contendat, coloniam seguiorum temporum ex Vrhoi Chaldaeorum deductam effe ad Euphratem atque eius argumentum rei ex ipfo nomi-Tres enim Syriacae linguae dialecti fuene duci. runt,

runt, vt Gregorius Malatiensis nos docet, (9) Aramaea elegantistima, quae Edessae, Carrhis etinMe. sopotamia viguit, altera Palaestinae, et Damasci Libanique incolarum, tertia inquinatisfima Chaldaeorum Nabataeorum, montanorum Affyriae et paganorum in Arech. Iam Chaldaei quidem dicebant ignem etiam اور Vr: at Syri Aramaei, non nifi نور Vr Cum igitur Edeffae nomen Chaldaicum eft, Nuro. terminatione tantummodo Aramaea, haud absurde aChaldaeis conditam appellatamque vrbem crediderim. Et quemadmodum in Vre Chaldaeorum ignis atque lucis praecipuus cultus fuit, ita in Vre Mefopotamiae, folis, in quo, vt Chaldaei et Syri iudicarunt, lucis et ignis rerumque omnium origo et di-Quocirca Iulianus Imperator vinitatisquafi apex. in folem: (10) of the Edeorar oinstres, inquit, ieedr ¿ξαίωνος ήλίω χωρίον, Edessam, vrbem ab vltima memoria soli dicatam incolentes. Aut haec vera est opinio de origine vrbis, aut nulla accommodatior ad credendum expediri potest. Nam quod Arabes habent, الرها بن الروم بين اليغين بين eonditorem vrbis fuiffe سم بين نوح Roham ben Rum, ben Iaphan', ben Sem, ben Nuch feu Noae, aut, vt est apud Iacuthum Hama-الرها بين التلنكي بين thaeum in Thefauro geographico Roham ben Belendi , ben Malik , ben Doar, aut vt Gregorius Malatiensis asserit, (1) minimam eam effe ex centum et octoginta vrbibus, quas Hermes Trismegistus condidit, haec quidem, А з vt

(9) p. 17. (10) p. 150. (1) p. 10.

#### HISTORIAE OSRHOENAE

vt dicam quod reseft, noftro ftomacho non bene funt cocta, et praeterea insulsa. Edesseni Abrahamum a Carrhis profectum apud se diuertisse gloriantur, vt testis est Abu Mohammed Mustapha in vita Abrahami. Aedem adhuc habent deo consecratam Abrahami nomine, sub qua fons erumpens in alueum pisces cicures Abrahami dictos nutrit. Hoc enimuero potius profanam veteris Syriae superstitionem olet. Nam Lucianus narrat, (2) Hierapoli ad aedem deae Syriae non longo spatio interposito, lacum suisse, in quo pisces alerentur multi et in iis aliqui infigniori magnititudine, qui nomina habuerint sua vocatique procefferint. Et eo multo antiquior Xenophon in Cyri minoris expeditione ait, (3) Chalum fluuium, qui eft Singas Claudii Ptolemaei, haud longe ab Hiera-· poli, fuisse πλήςη ίχθύων μεγάλων η πεαέων, ές οί Σύροι  $\mathfrak{Sebs}$  ένόμιζον κ αδικών  $\mathfrak{sk}$  άων , plenum piscibus magnis et cicuribus, quos Syri deos censebant et violari Hoc quemadmodum ad deae culnon patiebantur. tum et caeremonias pertinuerit, fi qui scire volent, Samosatensis efficiet scurra, vt intelligant. Similiter pastoritium tentorium IacobiPatriarchaeEdesseni oftentarunt. Auctor est Iulius Africanus in Excerptis Eusebianis, (4) ή ποιμενική σκηνή το Ιακώβ έν Εδέσση σωζομένη, κατά τές χρόνες Αντωνίνε βασιλέως Ρώμης 9ιεΦθάζη negauv@, paftoritium Iacobi tabernaculum Edessae conservatum circiter tempora Antonini Imperatoris Romani a caelo tactum conflagrauit. Georgius

(2) de dea Syria p. 679. (3) l. l. c. IV.9. (4) p. 22.

б



gius Syncellus fic ait habere Africanum, sus two xgovww avts Avtwvivs isognoavta Ex quo confequitur, loqui eum de Elagabalo. Nam vt e Photio conftat, Africanus defiit annalium contextum Grato Sabiniano, Claudio Seleuco Coss. cum extremo anno Elagabali. Verum etiam fic de tentorio Iacobi credat Iudaeus Apella : est enim totum isthuc Synagogae Edessenae s Seleuco constitutae commentum.

Vroienses eundem reipublicae statum eas-III. demque vicissitudines subierunt, quas Mesopotamia Affyrii et Chaldaei et Persae tractum illum omnis. tenuerunt, quorum rebus quasi nox quaedam offusa est, quae etiam Vroiensium priscae memoriae lucem eripuit. Cum ab Alexandro M. Mesopotamia est occupata, Vroienses quoque subacti iugum acceperunt. Post mortem Alexandri, Mesopotamia obuenit Arcefilao, (5) et in altera diuisione ad Triparadisum Amphimacho Arrhidaei regis fratri : (6) post regem autem interfectum Blitori, nec ita multo post, (7) Seleuco exacto ex Babylonia, Blitore autem ob amicitiam fidemque in Seleucum ex Mesopotamia pulso, intercepta est ab opibus Antigoni, eoque victo, Seleuci prouincia facta. Seleucus Nicator multas in Mesopotamia Syriaque vrbes condidit, quarum in numero Edessam Eusebius Hieronymi recenset his verbis: (8) Seleucus Antiochiam, Laodiciam, Seleuciam, Apamiam, Edessam, Beroeam et Pellam vrbes condidit, quarum Antiochiam XII. anno regni exstruxit. Sic et\_

Digitized by Google

<sup>(5)</sup> Iuftinus I. XIII. 4. (6) Arrianus apud Photium cod. XCII (7) Appia. aus p. 195. (8) p. 139, ed. Amftel.

8

etiam Marianus Scotus. An ita Eusebius ipse scripserit, dubitari potest, si Excerpta Eusebii Graeca inspiciamus, in quibus Seleucus Laodiceamquidem condidisse, at Edessam ceterasque vrbes restaurasse dicitur : (9)  $\lambda$  Aasolinear ëntere  $\lambda$  Sehevnear. A wáμαν, Εδεσσαν, Βέζζοιαν, Πέλλαν, Αντιγονίαν έπε+ κτισεν B. "τα της βασιλάας αυτε, ην Αντιόγ αν wid+ maser : ita enim Scaliger, comparatis inter sese Hieronymo, Cedreno, et Georgio Syncello, diffentientes conciliauit, vt modo huic, modo isti, modo Stridoniensi illi plus aliquantum concederet. Mihi Eusebius plane videtur eum in modum scripsisse, vt est apud Cedrenum : (10) Dédeunos Aaodinnar énτισε, Σελεύκιαν, Απάμιαν, Εδέσσαν, Βέζζοιαν X  $\Pi_{\ell}\lambda\lambda\alpha\nu$ . Nam ita omnes eas vrbes fimili fato vías, et cum antea exstiterunt, reparatas esse a Seleuco ex vero tradit Eusebius. At si Laodiceam, vt est in Excerptis Scaligeranis, solam ante Seleucum suisse nullam, ceteras reparatas dumtaxat fuisse censemus, is quidem error est. Nam etiam Laodicea ante Seleucum fuit, Páni9a et postea Aeuny anty nuncupata, teste Philone Biblio apud Stephanum Byzantium. Sin illud e wentiver, (id autem Gregorius Monachus tantum de Antigonia habet, ex Georgio adíciuit Scaliger) tollamus, iam nulli in altera voce scopuli metuendi sunt, quae quamcumque aedificationem et exornationem vrbium fignificare poteft. Et fic Ifodorus Hispalenfis : Edissam vrbem Mesopotamiae condidit

(9) p. 179, (10) p. 166.

didit Nembroth : et post paullo de Seleuco : ipse quoque Laodiciam et Seleuciam, ipse Apamiam et Edissam vrbem construxit. Ex Hieronymo Hermannus Contractus: Seleucus Seleuciam, Laodiceam, Antiochiam, Apameam, Edissam, Berrboeam et Pellam vrbes con-Fasciculus temporum, sed superstite adhuc didit. Alexandro M. Antiochia, Edeffa, Seleucia ciuitates con-Iam ante Macedonum expeditionem inter duntur. Ourhoënses Graeci consedisse videntur. Gordyn Triptolemi filium in Mesopotamia Gordyaenam Graecis coloniis repleuisse Strabo auctor est. (1) At enim neque Gordiene, nec Gordiaeus mons proxime Nisibin, a fabuloso Gordy nomen habet. Gens enim antiqua كردى وجردى Curdi et Gjurdi, ad eum montem il-lisque in regionibus fiti, nihil neceffitudinis habuere cumGraecis: a Chaldaeis videlicet orti. Itaque Strabonem fabulae fefellerunt. At cum Strabo eodem in loco tradit, Eretrienses domo abreptos, in Mesopotamia collocatos fuisse a Persis, vera secutus est. Nam et Herodotus in Erato scribit, Eretrienses in seruitutem esse ductos Darii iussu. Multitudo deinde Graecorum hominum, praesertim ex Ionia, tum mercatus, tum vero etiam alterius mercenariae rei quaestusque caussa, in Persicis prouinciis vltra Euphraten omni tempore non exigua versata est. Seleucus Graecos, qui in Mesopotamia erant et Macedonas ex Alexandri Antigonique exercitibus allexit, vt Edessae confiderent, & ev rais véaus moheou Ιεδαίες συνώκισεν Ελλησιν, vt ait Cedrenus, (2) in nouis vrbibus Iudaeos quoque Graecis colonis permiscuit. Am-B

(I) p. 863. (2) p. 166.

Ammianus Marcellinus : (3) abusus Seleucus multitudine bominum, quam tranquillis in rebus diutius rexit. ex agrestibus babitaculis orbes construxit, multis opibus firmas et viribus: quarum ad praesens pleraeque, licet Graecis nominibus appellentur, primogenia tamen nomina non amittunt, quae eis Affyria lingua institutores veteres indiderunt. Similiter de Antiochia ad Mygdonium seu Nisibi, Iulianus Caesar. Appianus Alexandrinus (5) auctor est, Seleucum vrbi Vrhoi nomen Macedonicum Edessie imposuisse, honoris Alexandri caussa. Hoc tamen niti testimonio et magnopere confidere non audeo, iusta enim quaedam et probabilis suspicio me tenet, Seleucum vrbi nomen dediffe Antiochiae, inter sedecim vrbes, quas Appiano teste, patris nomine exornauit. Exflat ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ numus Antiochi IV. ΚΑΛΛΙΡΟΗΝ. Non enim illum numum Ioannes Fideualens ad Callirhoen in Palaestina iuxta Iordanemiure meritoque retulit, quae Antiochia dicta non fuit, quod quidem aliquo in monumento testatum Ad Edessam vtique pertinet, vt Ioannes Harfit. duinus ad Plinium et in antiquis vrbium populorumque numis quam verisime iudicauit. Plinius:(6) Arabia Merorum habet oppida, Edelfam, quae quondam Antiochia dicebatur, Callirboen a fonte nominatam, Carrbas clade Craffi nobiles. Ne quis ab Edeffa diuersam Callirhoën prodi putet. Illa enim ipfa, seu Antiochia Callirhoe, seu, vt Stephanus Byzantius ha-

(3) XIV. c. 8. (4) Orat. II. f. 62. ed. Spanh. (5) p. 201. (6) l. V. c. 24.



habet, Αντιόχμα έστι Καλλιβέόης, feu πρός Καλλιgóny, vt est in numo, vocata suit. Ioannes Malela (7) Αντιόχμαν Μιζοβάς βαςον appellatam fuisse tradit: nisi si quis error irrepsit apud Malelam, pro Avrióxuar Misoságsagor. Sic apud Platonem in Menexeno, (8) Athenienfium vrbs μισοβάρβαρος eft, δια το άλικεινώς άναι έλληνες & σμιγάς βαρβάεων, neque enim, inquit, Pelopes, aut Cadmi, aut Aegypti, aut Danai, qui a barbaris profecti, nunc in Graecis censentur, inter nosagunt, άλλ' άυτοι έλληνες, έμιξο βάζβαζοι οι κεμεν. Quoniam autem Graeci apud vrbem Edeffam ab colluuie barbarorum, (in quibus et Iudaei censebantur et omne Syriacum nomen) ciuitatem eandem constituentium liberi non fuerunt , idcirco Meogageápus dictos puto ab Antiochenis ad Daphnen, qui ferre non poterant, quod Vrhoienses gloriosum suae vrbis nomen gererent. Et Iohannes Chrysoftomus, (9) πόλιν άγεοικοτέ car, vrbem eam paullo agrestiorem fuisse haud diffitetur. Iam Ioannes ille Malela Antiochenus suit, qui ciuium suorum in Vrhoenses seu Antiochenos ad Callirhoen scomma ad nos transmi-Antiochenorum autem ad Daphnen dicacitas fit. fatis nota eft, quam Iulianus in se expertus, acriter perstrinxit in Misopogone, (10) et Procopius inPersicis, (1) vrbi perniciem accelerasse, cum a Chosroe obsideretur, non fine indignatione testatur. B 2 Καλ-

(7) P. (8) p. 369. cd. H. Petri (9) t. v. Oratione LXV. p. 478. (10) Adi et Zolimum 1. III. c. 11. (1) p. 205.

#### HISTORIAE OSRHOENAE

Kaλλιρόη fluuius ad vrbem, ab \_ Roba et Graeca πεοθέσι κάλλος eft dictus. Arabibus autem Roba, eft alueus in conualli aquam complexus et omnis omnino ri-Itaque cum in vicinis Vrhoenfis ditionis agris uus. Arabes colerent, mirum non eft, si fluuio huic hoc nominis ab iis est inditum. Solemne enim priscis populis fuit, vt fluuios nullo peculiari nomine, tantummodo sua quisque lingua fluuios dicerent. Sic Roba Arabibus vetustis dictus est fluuius , qui et Alchabor fatis spatioso intervallo situs ab E-Hoc nomen non tantum, vt nunc Arabibus, deffa. ita olim Claudio Ptolemaeo notum fuit, sed etiam و ها Ezechieli prophetae : at Xenophonti , (2) qui Robam, seu st Erroba, hoc est, fluuium ab accolis dici audiuerat, visum suit, Araxem posse appellari. Mirum enim est, quantum Graeci sibi indulserint in populorum, vrbium, fluuiorum nominibus barbaris ad رها Idcirco quoque cum Arabicum ، ad efferendis. Graecum accederet propius et sono et significatione, κατ' έυφημισμον Macedones dixere Καλλιρόην. Ex eo manet adhuc nomen ipfius vrbis م ه *Roba*, apud Arabas, quod apud HaythonumArmenum(3) Robais, apud Fulcherium Carnotensem (4) Roais effertur. Sic et Eugenius III. Pontifex Romanus: (5) Edeffa ciuitas, quae ab nostra lingua Robais dicitur. Apud Annalistam Saxonem (6) Robas, fic etiam apud Albertum Aquenfem: (7) apud Villermum Tyrium (8) et Oliuerium Scholasticum in historia regum terrae fanctae



<sup>(2)</sup> Kýzz Avač. l. l. c. 4. (3) p. 12. 28. (4) p. 389. (5) Conciliorum Harduini l. VI. parte II. 1241. D. 1293. A.(6)p. 484. 586. ed. Eccardi (7) p. 264. (8) p. 682.

tus est ad fluuiumDeizan prope vrbem Roha. At Macedones Scirti nomen imposuere fluuio et vrbi ipsi nomen Edessae, (quod Syri tamen raro vsurpant) quo consolarentur honestum exilium, vt Helenus ille Troianus, cum in agro Epirotico condidit

#### paruam Troiam, simulataque magnis Pergama, et arentem Xanti cognomine riuum et Scaeae limina portae.

Erat autem, quod Stephanus Byzantius quoque annotat, fic fere fita Edeffa Mefopotamiae, vt illa Macedoniae. In tabulis Georgii Chryfococcae et in Sophiani Graecia Bόδενα, vetustis Εδεσσα παρά τδέδειν. Haec estEdessa Macedoniae, celebrata in primis Ioanni Cantacuzeno. Sicuti hic Erigonus, ita isthic Scirtus ad fummum diferimen vsque ripis excedebant et vtrique B 3 vrbi

(9) p. 1372. (\*) p. 232. (\*\*) p. 1068. (10) p. 390. (1) p. 125.

vrbi in colle accliui fitae periculum pariebant. Et Scirtus, amnis minime spatios, saepe, vt infra narrabo, ripis excessit cum strage vrbis, quam ob caussand syris معن Daizon, Saltator vocatus est, Graecis Σκιστός, παgà το σκιστήσασομ, quod et ipsum est, Saltator. Ioannes Fideualens alicubi (2) fluuium ad Edessan Chaboram citauit, quem Chaboram etiam La strane vocari, supra dixi, fane longius ab vrbe Edessa fitum. Rectius Vaillantius alio in loco (3) Scirtum vocat. De hoc flumine infra commodius dicemus (\*)

Edesseni a Seleuco Nicatore aucti, tem-IV. pora in accepti memoriam beneficii computarunt a regno eius confirmato. Eusebius Hieronymi Olympiadis CXVII. 1. ab boc loco Edeffeni fua tempora computant : quo loco Henricus Norifius vtitur (4) vt demonstret, Edessenam, eam ipsam esse epocham, quam Seleucideam vocamus, Antiochena autem ecclesia orientalesque omnes Alexandri epocham appellarunt veteri errore, incerti adhuc, an a victoria de Persis ad Gaugamala, an a morte Alexandri caput epochae exordiatur. (5) Mihi vero locusEusebii suspectus est, quamquam etiam apud Georgium Syncellum (6) legimus ad annum duodecimum Seleu-Αιδεσινοί (Edeffeni) τές χρόνες άριθμέσι τέ Σε**c**i : λεύκου. Vereor vt ita Eusebius scripserit. Non abfur-

Digitized by Google

**T**4

<sup>(2)</sup> In Numis coloniarum t. II. p. 34, 110. (3) p. 80. (\*) infra l. IV. c.2°.
(4) in epochis p. 113. (5) Conf. Chronicon orientale Abrahami Echellenf. p. 25. 28. (6) p. 274.

furde excerpta Graeca Scaligeri, (7) evreugev triv Ελλήνων βασιλάαν ή Μακκαβαίων αεχή καταειθμαθα Et Fasti Siculi ad Olympiadis CXVII. 3. άεχεται. Rullo et Rutilio Coss. (hi confules, Q. Fabius Maximus Rullianus, C. Marcius Rutilus magistratum iniuerunt Sextili mense anni Varroniani CCCCXLIV feu Olympiadis CXVII. 2) in eandem sententiam aπο τέτων των ύπάτων ψηΦίζονται τα έτη των Συρομαneddvwv. Hic igitur in Eusebio Hieronymuspro EA- $\Lambda HN\Omega N$  poterat  $E\Delta E\Sigma \Sigma HN\Omega N$  legere. NamEufebius epochamSeleucidarum toto celebratam oriente non videtur omifisse, atque eius loco Edessenam commemorasse, cum vnius vrbis, tum a Seleucidea Alium adfert locum Norifius, in non diuersam. quo Pamphilius ille (8) annum Edessenum quingentesimum octogesimum octauum comparat cum anno fecundo Probi et Olympiadis CCLXIV. 1. Erat autem is ipfe numerus annorum in epocha Seleucidarum, vt Norisius demonstrauit. Nulla igitur peculiari epocha vsi sunt Edesseni. Ioannes Harduinus ex hoc Eusebii loco errorem Scaligeri deprehendisfe fibi est visus, (9) (namis in animaduersionibus Eusebianis et in emendatione temporum, (10)epocham Seleucidarum cum Edeffena congruere dixerat) et caput epochae Edessenae biennio post initium Seleucideae, Olympiadis CXVII. 3. anno, poni oportere contendit. Sed is Harduini error adeo manifestus est, vt cum Cardinalis doctissimus eum indicas-

(7) p. 178. (8)p. 177. (9) in Numis vrbium et populorum p. 145. ed. Pazifinae. (10) Animad, Eufeb. p. 128. Emend, temp. p. 493.



16

casset, Harduinus totam illam censuram Scaligeri in editione Amstelaedamensi expungeret. Hactenus igitur recte Iosephus Scaliger, nisiquodaddit, Edesfenos tempora sua numerare a Ianuario Iuliano, tribus mensibus postinitium anni Seleucidarum, seu post Quem enim ex omni antiquitate ci-Kal. Octobres. tare potest opinionis suae auctorem ? aut quae ratio ex calculo aliquo ducta cogitationi eius hanc sententiam subiecit? Nempe conuictus est ipsa Syrorum consuetudine et perpetuo instituto auspicandi annum ab autumnitate. Ne autem guaerendi, guod verum fit, laborem subtersugere velle videar, idagam, quo per se opus non est, et efficiam exemplis, initium anni Edesseni cum anno Antiocheno aut Caesariensi Seleucidarum prorsus congruere, et vt isthic Hyperberetaeus cum Kal. Octobribus coepit, ita Edesfenos annum fuum et primum mensem تشرير, قلام Teschrin priorem ab ipsis Kal. Octobribus inchoasse. Chronicon Edessenum tradit Iustinianum Caesarem esse renunciatum A. 838. primo Nifan: e nostris scriptoribus item conftat A. C. 527. Kalendis Aprilibus Similiter in Chronico Efuisse dictum Caesarem. desseno dicitur Theodosius M. obiisse A. 706. decimo septimo Canunis posterioris et sepultus octauo Tescbrin fecundi: nostri scriptores Graeci A. C. 395. 17. Ian. decessifie referunt: compositum octauo Nouembris So-Anastasium Dicorum occidisse A. crates tradit. 829. nono Tamusi Chronicon Edessenum prodidit : Grae-

Graeci scriptores A. C. 518. alii 8. alii 10. Iulii extremum Anastasii diem ponunt, in medio consistente Chronici Edesseni auctore. Quis tot in exemplis adhuc dubitet, *Tescbrin priorem* Edessenorum in Kal. Octobribus tamquam in cardine versari, ceteros deinde menses aequalibus spatiis cum Iulianis fuisse exactos, exemplo Antiochenorum et Caesarienfium. Vide hic menses Edessenos.

تشريب قلام	Tescbrin prior a l	Kal. Octobribu <b>s</b>
تشرین احری	Teschrin posterior	Nouembr.
کنوں قدم	Conun prior	Decembrib.
کنون احی	Conun posterior	Ianuariis
شبط	Schwot	Februarii <b>s</b>
ادر	Odor	Martiis
فبسن	Nifon	<b>A</b> prilib <b>us</b>
. ن اير	Ior	Maiis
حر يور،	Chfiron	Iuniis
تموز	Tomus	Iuliis
اب	Ov(Ab)	Augustis
ايلو ل	Ilul	Septemb.
Chronicon Ede	effenum (1) refert A C	. Edeffeno 850. in-

Digitized by Google

(1) p. 416.

18

indictione secunda, fignum in caelo apparuisse in speciem hastae, die quinto Tescbrin prioris, eodem anno bellum Perficum exortum mense Ior : vtrumque item anno XIII. Iustiniani adscribit. Hoc nobis negotium facescere potest, si Edesseniisto quinto Octobris annum suum 850 adhuc egerunt. Nam A. C. 538. is annus 850 iniit a Kal. Octobribus, ex nostra fententia : indictio secunda coepit a Kal. Septembribus A. C. 5.39. A. 850 Edesseno vergente: annus XIII. Iustiniani A. C. 539. a Kal. Aprilibus. Et bellum Perficum tamen gestum est A.C. 540. Procopius Caesariensis (2) tradit, Chosroen exacto cum hyeme decimo tertio anno Iustiniani, primo vere expeditionem susceptife, non ita multo ante vero cometen esse visum, quem alii cum gladio comparantes  $\xi_i \Phi_{i\alpha\nu}$ , alii a barbae forma  $\pi \omega \gamma \omega \nu_i \alpha \nu$  nuncupa-(3) Sed manifestus error hoc loco chronici rint. Edesseni irrepsit. Nam pro anno Edesseno 850. quo et cometes apparuit et bellum Perficum exortum est, scribi debuit 851. qui annus iniit A C.539. Kal. Octobribus, ita vt maxima eius pars anni procederet A. C. 540. Neque ignorauit hunc verum annum Chronici auctor, qui paullo ante dixerat, pacem a Ruffino Patritio conflatam vsque ad A. 851. seruatam suisse. Iam de indictione secunda recte habet, cuius pars cum extremo mense A. 850. quod reliquum fuit, cum anno 851. coincidit. Etiam XIII. annus Iustiniani adhuc procedebat A. 851. cum come-

(2) de B. P. p. 97. (3) Procopius de B. P. p. 95.

Digitized by Google

metes V. Octobris est visus, desierat autem A. C. 540. anno Edesseno 851 mense Maio, cum Persae Romanas prouincias adorti sunt. Credidi initio hunc scrupulum ita posse eximi. Iustinianus Kal. Aprilibus a Iustino Imp. collega adscitus est, quatuor post menses seu Kal. Augusti defunctus est Iustinus. Non hoc ignorauit auctor Chronici, qui fic scripsit: A. 838. primo Nisan Iustinianus Caesar creatus fuit et decimo mensis Ab eiusdem anni obiit Iustinus, imperauitque solus Iustinianus. Iam, inquam, mense Maio recte Procopius annum XIV. Iuftiniani prodidit, inde vsque a Kal. Aprilibus A. C. 540. cum annos Imperatoris numeraret ab A. C. 527. quo Iustinianus collega Iustini renunciatus est Kal. Aprilibus : at, fi auctor chronici ab A. C. 527. fuo 838. et quidem a decimo men#s Ab feu Augusti, quo solusimperare coeperit, annos imperatoris numerauit, tum vero fane A.C. 540. Edesseno 851. mense Maio XIII. annus Iuftiniani adhuc agebatur. Sic inquam initio credidi : post vbi errorem in anno Edesseno 850. deprehendi, coepi argutae huic conciliationi, vt mihi visa est, diffidere, metuo enim ne hic quoque error fit. Praeterea nostri Kal. Augusti deceffisse Iustinum referunt, auctor chronici V. Ab. Hic vero nolim fcrupulum tibiiniicias, tamquam V. Ab cum Kal. Augusti conferendus sit. Immo iterum manifestus error. Denique observari velim, sicannos suos egisse Edessenos, aliquanto tempore postquam Iulianus annus constitutus est : fine dubio, postquam colonia Romana est facta Edessa. At fu-

C 2

pe-

Digitized by Google

perioribus temporibus a Septembri annus eorum inchoauit, more Syrorum reliquorum. Nullo testimonio de Edessenis proprie hoc comperi, nisisi cui hoc sufficiet quod dicam. Ammianus Marcellinus(4) scribit: Batnae municipium, vbi annua solemnitate prope Septembris initium mensis ad nundinas magna conuenit multitudo. Nundinae puto ante celebratas ipso anni initio, post autem, vbi anni exordium aliud constitutum est, tamen eodem tempore fixas haefisse. A Batnis concludo quoque de Edessa.

Ne quis vero ex congruentia EdessenaeSe-V. leucidaeaeque epochae argumentum ducat, Edeffam a Seleuco Olympiadis CXVII. 1. (a quo tempore caput vtriusque epochae assurgit) instauratam esse, atque idcirco ab eo primum anno beneuolentiae et meriti illius caussa Edessenos ciues nouam annorum recensionem peregisse. Videntur tamen inter primos fuisse Edesseni, qui a Babyloniis Seleuco deuotis periodum illam receperint.Num ad OlympiadisCXVII. 1. victus est Antigonus et regno Babylonico sub po- ' testatem Seleuci armis redacto, periodus, quam Calippus Cyzicenus annis iam ante nouemdecim, emendata octaeteride Metonica descripserat, initium cepit iis in regionibus, quae victori cesserant. Pulsus autem est Antigonus toto agro, qui intra Euphratem continetur. Id vero non est obscurum. Nam, praeterquam quod satis constat, Seleucum fimul

Digitized by Google

(4) l, XIV, 9,

fimul cum Babylone, tota Mesopotamia potitum, a Demetrio Antigoni filio possessione regionum intra Euphratem pelli non potuisse, vt Appianus nos docet, praeterea quoque proditum est, quod, cum Olympiadis CXIX. 4. Antigonus ad Ipfum a Seleuco, Ptolemaeo Aegypti et Lyfimacho Thraciae regibus deuictus cecidit, reges foederati regnum inter sefe ita diuiserint, vt Seleucus etiam cis Euphratem Syriam vsque ad mare et Phrygiam obtineret, tefte Appiano.(5) Subiungit quidem Appianus, Seleucum, cum nullam occasionem praetermitteret augendi imperii, acquisiusse praeterea Mesopotamiam Armeniam ceterasque, quas recenset ordine prouincias, vsque ad Indum fluuium : verum eodem in loco scribit, haec aceidisse, partem incolumi Antigono, partem eo exstincto. Et Antiochus Epiphanes Seleuci adnepos apud Polybium (6) inftrumentum foederis in disceptationem profert, ex quo Syria tota concessa fuit Seleuco. Fuit igitur ante id bellum fine controuersia Mesopotamia in potestate Seleuci ,) vt Euphrates eius regnum terminaret ab occidente. Duodecim anni intercesserant inter Babylonicum regnum a Seleuco affertum et Syriam occupatam. Intra eos annos Edessa a Seleuco est au-Aa et Antiochia cognominata, cum nondum exstaret Antiochia ad Orontem, quae postea splendore suo obsussauit Antiochiam ad Callirhoen. Et poterat, quoniam id incertum est, Edessa extremo a liquo C 3

(5) p. 197, (6) p. 1260,

aliquo temporis illius anno reftaurari, nihilo minus tamen inter primos, etiam fine aliquo Seleuci merito, adulatione potentiae eius, recipere illam periodum potucreEdeffeni cum reliquae Mesopotamiae ciuibus. Eodem temporis instituto Edeffeni vsi funt postea, vt ex corum chronico apparet: neque adhuc illis in regionibus abolita est epocha Seleucidea. Henricus Norissus (7) miratur, nullum in tot Edesfenae vrbis numis exstare, in quo epocha haec signata sit. Ego vero mihi visus sum, vnum cum anno  $\Gamma K \Upsilon$  ab Ezechiele Spanhemio inter Parthicos relatum, iure meritoque Edessenio vindicare, de quo infra dicendi potestas dabitur.

Praeter hanc epocham et christiana reli-VI. gio annos mundi annosque Abrahae, et Mahumetana superstitio Hegirae epocham Edessae inuexit. Seleucidarum tamen epocha neque abannis mundi, neque ab annis Abrahae loco mota et pulsa est. Publico conservata est vsu, dum epochas alias pii et eruditi viri e christianis Edessenis in scriptis consectarentur. Nec mirum adeo, si qui annos mundi secundum Alexandrinos numerarunt, alii secundum Antiochenos aut Constantinopolitanos, quidam etiam peculiares rationes iniuerunt, in quibus Iacobus et Theophilus Rohenses seu Edesseni fuerunt. Iacobus in agro Antiocheno natus, Graecam linguam in Mesopotamiae vrbibus prope exstinctam restituit, cum ei

(7) p. 113.

22



ei in Monasterio Aphthonii et Alexandriae operam nauasset. Edessenae vrbis Episcopus suit : sed cum suorum mores ferre non posset, eiectus vrbein monasteriis quibusdam Graecas litteras docuit. Reuocatus in vrbem ad pontificatum, quatuor post menfibus in occidentales regiones profectus quaesitum libros Graecos, quorum incredibili studio ardebat, diem obiit, anno Seleucidarum 1019. A. C. 707. (8) Theophilus autem Edeffae natus est sub idem fere tempus et A. C. 785. decessit. (9) Vtriusque historias Gregorius Malatiensis in chronico Syriaco et in historia dynastiarum Arabica cum eximia laude cita-Eodem teste Gregorio (10) Iacobus Rohensis uit. ab Adamo ad Seleucum annos 5149. Theophilus autem 5107. annos numerarunt. Exeo non est obscurum, reliquum tempus eos annis Seleucideis signasse : sed operae pretium fuerit, si quis medocere velit, quem in modum annis, Seleucideis vsi fue-Si Gregorium audimus, /ab Adamo ad Chrirint. stum passum secundum Iacobum anni sunt 5550. Christus ex Andronici (1) et Gregorii Malatiensis (2) fententia, anno Seleucidarum 342. in crucem actus est, et ab ea opinione non poterunt multum discedere orientales reliqui, qui anno Seleucidarum 309. Christum natum, vno quasi ore et communi voce At ex Iacobi Rohenfis rationibus fequitestantur. tur, Christum passum esse anno Seleucidarum 401. Quae

Digitized by GOOGLE

<sup>(8)</sup> Gregorius Abalpharagius in chronico Syriaco apud Affemannum T. II. p. 335.V. t. l. p. 476. (9) ib. t. I. p. 521. (10) ib. t. II. p. 314. in hiftoria dynasticarum p. 98. (1) Affemanus t. II. f. 315. (2) in historia dynast. p. 112.

#### HISTORIAE OSRHOENAE

24

Quae sane ingens est perturbatio temporis. Bene igitur habet, quod tam confusae rationes Edessenam historiam non inquinarunt. Alii, in quibus est Dionysius Telmariensis Iacobitarum patriarcha, annos Edessens Seleucidarum compararunt cum annis Abrahae, vt hos recte constituere nos oporteat, si quid in reliqua historia huius vrbis efficiendum est. Eusebius eam annorum Abrahae epocham primusadhibuit, ductam a natiuitate patriarchae, ita vt a Kalendis Octobribus, cum Antiochenis et Caefariensibus annis, anni Abrahae inirent. Non opus est, vt quaeramus hoc loco, quam accurate Eusebius rationes suas duxerit, nostra enim tantummodo interest, vt sciamus, cum quibus annis notiorum temporum tam Eusebius, quam qui eum sequuntur Syri, annos Abrahae componi patiantur. Eufebius Hieronymi fic habet : colliguntur omnes ab Abraham vsque ad natiuitatem Christi anni, duo millia quindecim. In Eusebio Pontaci cum eodem anno Abrahae 2015. primus annus Christi comparatur. At IosephusScaliger annum 2016. et annum primum Christi conjungit : voluit enim etiam hoc loco nobis dare Eufebium, qualis ante tot corruptelas fuit. Videautem quid ab Antonio Pagio acutisfimi pariter et mitisfimi ingenii viro, hac in caussa obiiciatur Scaligero. Eusebius anno Abrahae 2319. adfignat euerfionem ecclefiarum sub Diocletiano : idem ille in historia ecclefiastica, extremo Libro septimo, a Seruatoris aduentu vsque ad euersionem ecclesiarum, annos trecentos Igitur cum anno Abrahae quinque fluxisse scribit. 2319.

2319. annum Christi 305. vt est secundum Pontaci editionem, non annum 304. vt Scaliger habet, com-Iam per se consequitur, annum Abrahae parauit. 2015. et primum annum Christi Eusebianum et annum 310. Seleucidarum incepisse sud auctumnum, in anno periodi Iulianae 4711. seu anno Iuliano 43. qui ambo a Calendis Ianuariis processerant. Ex eo cognoscas, differentiam annorum Christi secundum Eusebium et iuxta Dionysium Paruum. Nam Dionysiani anni hae sunt notae, vt incipiant a Kal. Ianuariis fimul cum anno periodi Iulianae 4714. et anno Iuliano 46. cum a superioris anni auctumno adhuc procederet annus Seleucidarum 3 1 2. Sin rem meo magis arbitratu, quam ex auctoritate fiue Scaligeri, fiue Pagii considero, differentia illa euanescit. Dionysius Telmariensis Iacobitarum patriarcha in chro+ nico Syriaco Eusebium secutus, diserte pronunciat, Christum esse natum anno Abrahae 2016. Id quibus ex caussis dicat, ostendam. Gregorius Barhebraeus (8) fecundum Eusebium ait, ab Adamo ad Seleucum numerari annos 4889. Totidem conficiuntur fecundum Dionyfium Telmariensem. (9)Namab Adamo ei sunt ad diluuium anni 2242. inde adAbrahamum 942. ab eo ad Alexandrum anni 1680. ad mortem Macedonis, anni duodecim et menses sex, adde his annos vndecim et aliquot menses vsque ad Seleucum confirmatum, ita exibit a Kal. Octobribus

(8) Apud Affemannum t, II. p. 314. (9) ib. f. 101.

26

bus annus primus Seleucidarum et annus mundi 4889. Si fubtrahas annos ab Adamo vsque ad Abrahamum, erit annus Abrahae 1705. qui comparetur cum anno primo Seleucidarum, plane vt in Eusebio Hieronymi. Qui fic accurate Eusebium sequitur, is non ex alterius, quam Eusebii ratiocinio annum Seleucidarum 312 cum anno Abrahae 2016. coniunxisse Nunc autem iuxta Eusebium Scaligeriavidetur. num is annus Abrahae coniungitur cum anno Seleucidarum 311. et tamen reuera anni 312. annumerantur. Secundum Pagium annus 2015. conuenit cum anno Seleucideo 310. et tamen in Pontaci editione recensentur anni 311. Primum igitur ex his colligo, aliquid vitii latere in annis Christi 305. quos Eusebius in historia ecclesiastica posuit, latere aliquid erroris in Pontaci et Scaligeri editionibus : immo vero Eusebius ipse rationes suas turbasse vide-Apparet ex eo etiam, quid id fit, quod antur. ni Christi in Eusebio Scaligeri tam saepe congruunt cum annis Dionysii Exigui. Optandum igitur, vt aliquando Dionysii Telmariensis chronicon Syriacum in lucem exeat, vt ex eo Eusebius restitui nobis Quod, opinor, non minori fiet cum fructu, possit. quam cum Marianum Scotum aut Hermannum Contractum, fincerioribus vsos exemplaribus Eusebii, in fubfidium vocamus. Vt denique ex hac fluctuatione portum teneamus et id, quod in quaestione positum est, confirmemus, dicimus Dionysium Telmarienfem nomine quidem Christum natum prodere anno Seleucidarum 309 (quae omnium orientalium peruetu-

uetusta est opinio) reuera autem annum 312. cum. primo anno Christi et anno Abrahae 2016. comparare atque secundum id nos recte ratiocinia instituere de annis Abrahae. Infpiciemus eius verba de Osrhoeni regniorigine atque interitu. Anno Abr abas 1880.inquit, regnare coepit Edeffae rex primus Orrboes. inchoauitque regnum Olympiade 161. desiit Olympiade Postea ad annum Abrahae 2233. bic desiit re-249. gnum Edessenum, quod annos 352. durauerat. Secundum nostrum calculum Olympiadis 249. 1. annus sub folstitium aestiuum, annus autem Abrahae 2233. sub auctumnum in anno periodi Iulianae 4830. seuanno Christi Dionysiano 217. inceperunt. Antoninus Caracalla occifus est eo anno Christi VIII. Maii et in vinculis tenuit Abgarum ab eo tempore, cum E desfam effet ingreffus hibernatum. Sequitur, recte annum Abrahae 2233 cum Olympiadis 249. primo anno conferri, tamquam vltimum regni Edesseni terminum, sed minimum nouem mensibus ante, regem Abgarum potestate fuisse exutum. Iam, fiannos 352. retro numeres, a quarto admodum mense anni 2232. incides in quartum mensem anni 1880. qui comparandus erat Dionysio cum Olympiadis At Dionyfius ait, illum annum fuisse O-160. <u>1</u>. lympiadem 161. Nempe ex Eusebii, quem sequebatur, ratiocinio, qui Olympiades veras ita anteuertit, vt eas ab Octobri antecedente inciperet. Et fequitur ex eo, Dionysium annum Abrahae 2233. et Olympiadis 249. 2. ab Octobri anno Chrifti 217. in-Sic omnia bene cohaerent, quod aliterechoaffe. ueni-

D 2

ueniret, nisi nostrae rationes valerent. Sed plus confirmabuntur in progressu operis. ChroniconEdessenum ait : (10) anno 180. incepere reges, qui sue-Haec est differentia annorum quatuor re Edessae. Orta ex eo videtur, quod sub eius fiet amplius. nem anni Abdo bar Mazur regnare coepit. Iam vt apud Romanos alii alio a cardine ImperatorumCaefarum annos numerant, seu a C. Iulio Caesare, seu ab Octauiano, ita non est mirum, si ab altero rege, qui primus regnum Edessenum ab Orrhoe institutum confirmauit, Chronicon incipit, tamquam ab altero parente illius reipublicae. Dixi Eusebium annos Abrahae more Antiochenorum et Caesariensium ordiri a Kal. Octobribus, quae tum ratio obtinebat. Sic fine dubio etiam Dionysius. At cum idem annos Edeffenos ante Christum natum annis Abrahae enunciat, fequitur illorum initium, vt tum fuisse supra monui, effe ducendum ab initio Septembris Iuliani.

VII. De his quaedam commodius postea persequemur, nunc enim, quae facies Edessenae vrbis sub Seleucidis suerit, quae condendi regni occasio, qui motus, et quae sunt ex eo genere alia, explicanda erunt. Est autem Edessa sub Seleucidarum imperio vsque ad extremos eius regni casus eadem sortuna vsa, quae totius Mesopotamiae suit. Et esat ab Seleuco Nicatore vsque ad Antiochum Magnum a M. Acilio Cos. victum ad Thermopylas, magnum

(10) p. 388.



gnum Syriaci imperii robur, opes incredibiles. Ab illo autem tempore accifae vires, amissa Afia, tributum imperatum. Seleucus Philopator obsequendo Romanis quiescendoque vires profligatas refecit, quibus Antiochus Epiphanes inter Macedonici belli tumultus et Ptolemaei Philometoris immaturam aetatem Aegypto incubuit. At debellato Perse, vnius Popilii Laenatis seuerus vultus et imperiosum mandatum, a tanta spe ad desperationem tuendi regni fui deiecit Antiochum. Ab eo tempore labi in dies Syrorum res et intestinis bellis parricidiisque et Romanorum Parthorumque praeualida potentia. Sub Antiocho hoc Edessa numo cuso memoriam vrbis suae infigniuit, quem numum Ioannes Valens in Syriae regum numis produxit. Cur ciues Edesseni ANTIOXEIS ΠΡΟΣ ΚΑΛΛΙΡΟΗΝ dicantur in numo, id supra a me explicatum est. Videtur autem numus cusus, cum Antiochus anno Seleucidarum CXLVI. expeditionem in Armeniam et Persiam faceret, in quo bello Artaxiam regem praelio fuperatum cepit. (1) Ab Antiochia enim videtur Edessam petiisse, qua commodissimum iter erat proficiscentibus in Armeniam et Persiam. Et in Armeniam quidem per superiores Mesopotamiae regiones erat iter : in Persiam autem ab Edessa duae erant viae. Vna Tigri secundo Nisibin et in Adiabenicas terras, altera Euphrate secundo ducebat Circefium et in Affyriam, vt in Iuliani Paraba-

(1) Appianus p. 187. ed. Tollii.



rabatae itinere apud Zosimum intelligitur. Itaque Edessenus populus hunc numum praesenti numini AntiochiEpiphanis confectauit. Postquam rex in Elymacis seditione populari exagitatus, Tabis in Paratacenis montibus haud procul a Babylone decesserat, Lysias, qui cum Antiocho Eupatore puero Antiochiaerelictus suerat, tertio post anno, Demetrii Soteris (is Seleuci Philopatoris, qui ante Epiphanem regnauit filius, Antiochi magni nepos fuit) aduentu et defectione vrbium exercituumque, tutela exutus, cum Demetrius duodecim annis puero rege trucidatur. in regno exactis, et Romanis, a quibus obses profugerat, et Ariarathi Cappadoci, ob auxilium Oropherni missum, Attaloque, qui Ariarathis sororem in matrimonio habebat, et Ptolemaeo Philometori inuisus, quem Cypri possessione per Archiae praefecti proditionem euertere instituerat, suis quoque ciuibus grauis ob intemperantiam, coniuratione omnium circumuentus in praelio cecidit. Subornatus erat Demetrio aemulus Alexander Balas, qui fe Epiphanis filium ferebat, ductain matrimonium Cleopatra Ptolemaei Philometoris forore. Is cum omnia Ammonio permitteret, alienae crudelitatis inuidia atque propria turpitudine infidiisque soceri fractus vi--ctusque ad Oenoparam, ex fuga supplex Arabum regi Zabdieli (شغة الله Schaphtillahi , dei laus , qua cauffa Διοκλέα eum Diodorus Siculus appellat ) ab eodem perfide obtruncatur. Sic Demetrius Nicator cum Cleopatrae matrimonio paternum regnum precario munere Ptolemaei regis obtinuit. Quoniam apud Deme-

30

metrium hunc is erat Lasthenes Cretensium auxiliariorum dux, quiapud Antiochum Balam Ammonius fuerat, Antiochenis tumultuantibus, exercituque Syriaco partim dimisso partim offenso et , alienato, Diodotus Tryphon Antiochum, Balae et Cleopatrae filium, Oedy cognominatum, ab Elmalchuele Arabe (الملك الله الله) apud quem nutriebatur, deduxit in Syriam. , Demetrius praelio victus in Mcsopotamiae regionibus et Babylone vires reparabat, Tryphon cum puero in Cilicia. Interea Parthi, qui, cum Seleucus Callinicus Nicatoris pronepos a Ptolemaco Euergete et Antiocho Hierace fratre Gallisque et domesticis tumultibus distineretur, caput extulerant, post firmatam potentiam, Mesopotamiae insidiabantur, et, si fortuna permitteret, etiam Syriae atque Afiae. Nam Mithridates Parthus, bellum vertit in Medos et Hyrcanos, populosque ad Caucafum montem. (2) Denique et Elymaeis(3) et Demetrii duce superatis, Babylonem inuasit. (4) Hoc discrimine consternati Mesopotamienses et quotquot e superioribus satrapiis duro Parthorum imperio se liberari cupiebant, Demetrium regem ad opem ferendam excitabant. Ille aliquot praeliis victor denique per pacis fimulationem ex infidiis petitus, amisso exercitu, in hostium manus peruenit, (5) et in liberali custodia apud Hyrcanos, feu filiam Mithridatis, vt Iustinus habet, seu sororem Rhodogunam, yt Appianus, in matrimonium accepit. Interea Trv-



<sup>(2)</sup> Diodorus Siculus in Excerptis Valefianis p. 358. (3) Inftinus I. XLI. 6 (4) Orofius I. V. c. 4. (3) 1. Macc. XIV. 1 Iofephus I. XIII c. 9. Iuftinus XXXVI. I. XXXVIII. 9.

Tryphon occifo puero regio, cui tutor datus fuerat, ipfe pro rege se gerebat, Cleopotra autem regina Seleuciae destituta, Antiochum Sideten Demetrii fratrem ad nuptias et spem regni euocabat. Is, vt erat impiger et domi bellique probabilis, non modo Tryphonem tertio anno post captum a Parthis Demetrium regno spoliauit, sedetiam vrbes, quae defecerant, partem armis, partem virtutis fama et beneuolentia recuperauit. Inter has turbas Parthi orientalia et septemtrionalia Mesopotamiae', Arabes occidentalia ad se trahebant. Et Parthi quidem sacile firmabant potentiam suam desectione vrbium ad Demetrium, quem in Hyrcanis pro iusto domino et rege Syris oftentabant. (6) Demetrius anno Seleucidarum CLXXI. bellum mouerat Parthis et Antiochus Sidetes ante annum CLXXIV in Syriam venit et post tertio anno Tryphonem auxiliis omnibus spoliatum, Apamea capta, occidit: sub verem autem anno quarto, Seleucidarum CLXXVII. aduersus Ioannem pontificem duxit totaque aestate obsedit Hierosolyma,

VIII. Inter has turbas oriente distracto, dum Antiochus cum Tryphone, mox inferior, mox aequatis viribus bellum gerit, dum superato eo Hierofolymitanum persequitur, dum Parthi in Mesopotamia rerum domini continere in obsequio deuictos aut dedititios, non vi magis quam beneuolentia student,

(6) Appianus p. 189.

32



dent, exorta est opportunitas Osrhoi Edesseni regni condendi. Ante Osrhoem vero ciusmodi Edessenae rei publicae facies fuisse videtur quae Seleucenfium etiam inter Parthos fuit. Trecenti, inquit Tacitus, (7) opibus aut sapientia delecti, vt senatus : sua populo vis : et quoties concordes agunt, spernitur Partbus, vbi dissensere, dum sibi quisque contra aemulos subsidium vocant, accitus in partem, aduersum omnes valescit : id nuper acciderat Artabano regnante, qui plebem primoribus tradidit ex suo vsu: nam populi imperium iuxta libertatem, paucorum dominatio regiae libidini propior est. Idem accidisse videtur apud Edessenos, opprimentibus populi libertatem Parthis et vnius potentiae fauentibus. Et Arabes quidem tum vi tum pactionibus foederis et amicitiae, in partes trahebant Mesopotamiam, superiores tamen provinciae mágis obnoxiae erant Parthis. De Edeffenis Theodoretus Cyrenenfis in Afcetica historia auctor est. (8) Scribit enim, quae Ofrhoene tum erat, eam antea Parthyaeam fuisse dictam: quod sibi tempus arroget aliud nullum, nisi hoc, de quo fermo est nobis. Et confirmat me egregie Procopius Caesariensis in Persicis, (9) Οσεοήνη Οσεόυ έπόνυμός έςιν, ανδεός ένταῦθα βεβασιλευκότος έν τοῖς άνω χρόνοις, ήνίκα Πέρσαις οι τάυτη άνθρωσοι ένσπονδοι noav. Ofrhoene Ofrhois cognomine dicta, a viro qui ibi regnauit superioribus temporibus, cum homines, qui istbic colebant, in foedere essent Persarum. Perfas vocat

(7) Tacitus Annal. 1. VI. 42. (8) p. 772. (9) p. 49. ed. Parif,



vocat, qui tunc quidem Parthi fuerunt. Suidas quoque Osrhoen hunc Procopii habet : Osconry čroua πόλεως η τόπε. η Οσρόης όνομα κύρων. Iacobus Gronouius ad Ammianum Marcellinum, (10) Ofrhoen illum Procopii putat Chosrhoen aliquem esse, Parthorum regem, quia, quem Arrianus apud Suidam vocauit Chofroem, regem Parthorum subTraiano, eundem Paulanias in Eliacis prioribus appel-Ille homo sapiens qui Corinthi edilat Ofrhoen. dit historiam Parthicae sub M. Antonino expeditionis, etiam hoc posuit Luciano irridendum , (1) Οσρόης τόν οί Ελληνες Οξυρόην ζνυμέεσι. Verum, tantum est idem Osrhoes qui Chosroes, quantum est idem qui Orthryades dux Parthicus, quem Seuerianus Celta legatus Traiani adortus, infeliciter pugnauit. (2)

# Chofroen Armeni dicunt Compone Chuëfruëv,

qnod vetus Parthicum vocabulum fuiffe non dubito, nam Haicana lingua nobis veterem Parthicam conferuauit. Perfae, qui nunc funt, کسری Kesra dicunt, ex quo Teixeira fecit Kefere, Arabes خسری خصری کر*bofru*: vtrumque videtur ex Graeco کرمتری ab interpretibus traductum. At ارهی بر حمی Vorboi bar Chevio, quod Syriacu m nomen eius Ofrhois eft, qui

Edeffenum regnum condidit, nihil Parthici habet. VtGronouius res Edeffenas ad Parthos trahit, ita Norifius Cardinalis ad Arabas. Nam in epochis Syromacedonum

(10) p. 300 (1) quomodo conscribe ada historia p. 615. (2) Lucianus in l'seudomante p. 765.



num, (3) Dionem et Herodianum obiicit Procopio, sub Alexandro Seuero Ofrhoenum nomen referentes, cum inquit, nullus apud Edessam Osrboes quispiam ante trecentos fere annos ibidem regnasse inueniatur, sed illius phylarchi nomen Abgari (emper tulcrint. Ea mente cum effet aduersus Procopium Norisius, vir quanto ingenio, qua arte, quanta integritate, e conie-Aura sua regni illius originem constituit eo in tempore, quo Antiochi Grypi filii Syriam ciuilibus discordiis lacerarunt. Aretam enim Arabem occupasse Coelesyriam, Arabas autem alios duce Abgaro Edeffam et vicina redegisse in potestatem. Hanc coniecturam alioqui probabilem, aduersus Procopium parum proficere intelligo, idoneis auctoritatibus destitutam. Confirmata enim Procopii fides est Syriacis monumentis, quae post Norisii sata Romae in lucem prodierunt, quibus, si viueret noster ille chronologus, conceffurus plane pro sua aequitate Qui Ofrhoem secuti sunt reges, aut Parthica fuerat. et Armenica, aut Arabica nomina gesserunt. Arabes autem Scenitae eo etiam tempore partem australis Mesopotamiae tenuere, cum contra Artaxerxem Mnemona Cyrus frater duxit. Nam is cum ad Thapfacum e Syria profectus Euphratem traiecisfet, iter faciebat per Arabiam, vt ad dexteram haberet fluuium, teste Xenophonte. (4) Iam vete-. rum plerique Edeffenorum regulos inter Arabas recensent. Plinius Edeffam in Arabia Merorum col-E 2 locat,

(3) p. 300. (4) έν τη τῶ Κύρυ ἀναβάσι 1.1. c. V.

locat, (5) Appianus in Parthicis, (6) Φύλαγχον A. eábur vocat, regem Edessenum, vt Tacitus (7) regem Arabum et Sex. Rufus(8) pby larchum Saracenorum: econtrario Stephanus Byzantius Συρίας πόλιν Edesfam citat et eius vrbis principem, regem Persarum Marius Maximus. Quare, inquit Norifius, (9) ea pars Mesopotamiae, quae a barbaris tenebatur, Plinii et Taciti, qui sub Traiano viuebant, aetate, Arabia dicebatur. A barbaris vero tenebatur Edessa? in qua Graecos fuisse iis temporibus, scrmonis Graeci vsus declarat in numis. Sin reges tantummodo fuisse barbaros Norifius censet, verum id quidem, quantum suspicari licet ex nominibus eorum, at plerique non Arabicum nomen gerunt, verum Parthicum et Armenicum. Ita Gabaru, Paradascht, Abgar, Ajazet, Parnataspates, Parthica funt et Armenica : Bakru, quafi بر Bacr et Val, feu الع Arabica funt : Abdo, Mazour, Pacor, Maanu, Sabru, et Arabica et Syriaca effe poffunt. Ex his colligo, Ofrhoen Heulada, conditorem regni, Syrum fuiffe, id enim nomen indicat: Abdum vero Masuridem suisfe seu Arabem seu Syrum, incertos enim nos nomen relinquit : Paradasten e Parthico aut Armenico genere, alios deinceps tum e Parthicis, tum ex Armenicis, Syriacis, Arabicis familiis, quae Edessae consederunt, aut in vicino potentes suere. Parthorum vtique amici suere et, soederati Edesseni, vt se sub eius potentiae praesidio tuerentur. Intererat au-

(5) I. V. c. 24. (6) p. 229. ed. Tollii (7) Annal. I. XII. c. 12. (8) c. XIV. (9) p. 106.

Digitized by Google

autem Parthorum, Edessensoregulos ad Euphratem, qua Syri reges et postea Romani transituri erant in Mesopotamiam, cum validis viribus opponi. Syrorum vero regum sic adflictae res erant, vt sue non possent opprimere Edessenso sue tamquam parum metuendos negligerent. Edessensi denique astu non inutili saepenumero inter Syros aut Romanos autArmenos Parthosque, pro ambigua bellorum fortuna, medios se tulerunt, ita, vt addictiores essent Parthis, donec res Romana magis in vicino, eos quoque magis traxit.

IX. Est igitur error scriptorum manifestus, cum eos Arabas aut Saracenos vocant, ob vicinitatem mistosque eadem in vrbe Syris et Graecis Arabas: est et Marii Maximi error, qui Persis, hoc est Parthis eosdem attribuit. Etiam in dignitate regum erratum eft. Eufebius (1) Zonaras, (2) Gregorius P. R. (\*) βασιλέας vocant: eo titulo víos effe, ex numis atque aliis monumentis Edessenis plane cognoscitur. Appianus et incertus auctor rerum a Traiano gestarum phylar-Sic apud Suidam in Ourápyng legimus: chos dixit. ό δυνάς ης ξυμβαλλει Τραιανώ περί Ακβάρυ, ές ήν Οσερήνης χώρας δυνάς ης, έσωες Φυλαγχας όνομάζεσιν έκθνοι, ότι η τα χωρία αυτών Φύλαι όνο-Vti Arabes in tribus diuisi fuerint, vti μάζονται. fuos fingulae tribus phylarchas habuerint, vel exIo-

Eg

fe-

Digitized by Google

(1) Eufebius H. E. I. I. c. 13. TAUTY TOI BAGINEUS AY BAPOG TWV UT EEUQATYVE VWVE WITH TOI BAGINEUS AY BAPOG TWV UT EEUQATYVE VWVE WITH TOI BAGINEUS (2) t. I. p. 613 (\*) De imaginibus ad Leonem Ifauricum in Actis Synodi VII. p. 5. ed. Hard, fepho et Nonnoso Photii notum esse potest, ne quid de chronico orientali Abrahami Echellensis dicam, aut de iis, quae Eduardus Pocokius explicata Sic potest fieri, vt vrbes et pagi in regno dedit. vel اعشرا (vt Arabicae tribus) قباريل vel dicerentur, quafirespublicaequae- شبطا ات Nec tamen idcirco aut sub Arabum dam paruae. potestate sucrunt, aut rex Edessenus debito maiestatis titulo fraudandus fuit. Vtut enim aliquid traxerint ab Arabibus, sua tamen alia instituta habuere Edesseni, maximam vtique partem Syri. Neque mirandum eft, fi regem Edessenum nostri scriptores, pro suo quisque ingenio, aut vt Eusebius, τόπαρ- $\chi cv$ , et  $\tau c \pi a \rho \chi \eta v$ , vt Cedrenus, et tum Eufebius, tum Constantinus Porphyrogenneta in epistola Abgariad Christum aut Surism vt Epiphanius, aut apxorta vt Dio Cassius in excerptis, dixerunt, quamquam is ipse Dio Abgarum etiam regem vocat. Regio tota, quae sub hoc regno continebatur, Osrhöene a nostris scriptoribus nuncupatur Dionyfius Telmarien sis a nomine primi - *Vrboi* deductum putat اورهى Vrboi. Sed an 4 quius id vocabulum vrbis Edessenae est, tantummodo quod sub regibus non modo vrbem, verumetiam agrum omnem, villas, oppida huic vrbi subiecta infigniuit, eamque Dionysii quoque sententiam fuisse verofimile cft. Graeci ex eo fecere Oponyny, vt eft apud Suidam, aut vt apud Dionem Cassium Ogeonivny, inflexione perfacili, ex quo postea secerunt Oogon'ryr, vt ex Orboi conditore regni Ofrböen. Thomas Hyde (2) reiectis ceteris Oponyny veram lectionem putat, quamquam idem, qui eam haber, Suidas, Oopon'ny quo-

que

(2) In hiftoria religionis veterum Perfarum p. 75.

38



que scripsit. Et sic vero etiam Ammianus Marcellinus, qui illis in locis egit, Expositio totius orbis ab homine, vt mihi videtur, Antiocheno scripta, et a Dionyfio Gothofredo Graece interpolata, Eutropius, Sextus Rufus, Procopius, Notitia imperii orientalis, libellus prouinciarum Romanarum, Motitia ecclesiarum, Hieroclis Synecdemus vt est e MS. emendatus a Bandurio, Acta denique concilii primi CPlitani, Chalcedonensis, quintae synodi, ne dicam magno numero alios, in quibus funt, qui etiam O/droenen enunciant. (\*) Hoc autem per Graecos homines ad ipsos Edessenos manauit, qui in chronico ازرينا Ofrobinam (3) pofuerunt. Quamquam denique mihi videntur Graeci, qui Occonrry dixerunt, magis Arabicum nomen vrbis Roba et σύν άετεω προτακτικώ Lerroba respecisse. Nec dubito quin Gregorius VIII. P. R. in epistola ad omnes Chri- For Relies Transmiss sti fideles A. C. 1186. nomen Arroasiae ex illo Ara-(4) Potes enim etiam Abico factum vsurpauerit. rabice efferre Arroba, medio quodam inter primam et secundam vocalem sono. Quam late Osrhoenum. regnum patuerit, nusquam proditum legi. Theodoretus Cyrenenfis (5) Osrhoenem ad occidentem Euphrate definit, ab oriente illa prouincia Romanum imperium disterminat ab Assyria seu Adiabene Persici regni : in Notitia autem ecclefiae, ell Ofrhoenes

me-

Digitized by GOOGLE

<sup>(\*)</sup> Hieronymi kocum ad Matth. X. Abagarum regem Chossidenae Valesias ad Eusebium p. 21 emendat Chosdroenae, usl quod idem eft, Ofdroenae. Immo isthuc alterum nihili eft. (3) p. 399. (4) Tom. VI. conciliorum Harduini. parce secunda p. v891. potuerunt autem ista timeri iam pridem, quando Arroasin et alisterra in potestatem transiit paganorum (5) In historia ascetica p. 772,

metropolis Edessa, vrbes episcopales eius Carrhae, Batnae, Callinicum, Birtha. Theodoretus praeterea nos docet, Osrhoenom temporibus illis, frequenta tam vrbibus magnis et populosis, suas quoque solitudines habuisse, in quibus Iulianus Sabbas  $\tau \eta \dot{\nu} \, d\sigma x \eta$ - $\tau i \kappa \eta \dot{\nu} \, \kappa \alpha \lambda \delta \beta \eta \nu$  construxit. Inuenimus quoque prouinciae illius vrbes, Circessum, Himerium, Rhessinam. Sed haec amplitudo conuenit illi aetati, cum Romani ea, quae in Mesopotamia tenebant, in duas diuiderent prouincias, Mesopotamiam et Osrhoenen. Nihil igitur hoc ad regni Edessenit tempora.

Eorum vero regum, qui Edessae fuerunt, Χ. memoria infignita est et infidiis in Crassum comparatis et quibusdam aliis factis, maxime autem Abgari in dominum deumque nostrum pietate. Numos quoque antiquarii produxerunt, ex quibus idcirco parum profecere ad historiam Osrhoenam illustrandam, quod ad eam rem monumentis aliis destituerentur. • Hoc nobis exemplo esse debet, ne eam in cogitationem incidamus ab impensa numariae eruditionis laude, vt historiam antiquam e numis folis restitui posse putemus, quamuis auctores intercidissent omnes. Nam vbi numos comparamus cum istorum testimoniis, multa ad confirmandam illustrandamque veterem memoriam, quaedam etiam ad amplificandam obueniunt nobis, ita vero, potius infignitiusue fit scriptorum meritum, e quibus lucem accendimus numis, quam numorum, e quibus scriptores tenui sane et subtili accessione locu-

cupletantur. Vt ingens fit numorum copia, et, quotquot exstitere vsquam, in vnius confluxerint sinum, tamen omnis illa quasi acies explicari non posset et ordinari, si duces isti nostri cecidissent, In vanum opera confumitur hariolando, nisi si forte aliquis condere nouas fabulas cupiat, veluti vnus e populo lunari descripturus terrestrium conditionem rerum, quas e longinquo contuetur tamquam aut puncta aut nebulas. Somnia haec funt iocularia, fed perniciofa supra modum vbi ita accidat, vt ille iv9sonaomos latius ferpat. Fortaffis vir quidam longe nobis doctior plus aequo metuit, ne haec critica haerefis interitum adferat historiae : negaritamen non potest, defensores reperisse Archontianam officinam et in animis quorundam gliscere, vt dissimulari econtrario indignatio a recte sentientibus non debeat. Ab hac indignitate, quam mihi veritatis amor et quorundam intemperanter numis abutentium incredibilis ambitio expressit, ad laeta magis digredior atque tibi, gratiam quam debemus publice refero, Assemane doctissime, qui monumentis Edessenis euulgatis, signum sustulisti, vt historia regum Osrhoënorum in luce collocaretur. Tuam ego eruditionem, tuam omni in pagina integritatem et candidi imaginem pectoris et antiqui fidem exempli et iudicium acre et indefessium laborem admiror, vt me vix per tuam modestiam amoremque mutuum a praedicatione laudum tuarum sustineam, quae profecto sunt amplissimae. Tuum igitur illud est meritum quoque, quod Abgaros nostros in numis, per-F pe-

petuae fuccessioni regum Osrhocnorum inserere possumus suisque temporibus restituere. In quo cum a te nonnumquam dissentio, liberaliter dissentio, ac, quod certo scio, bona cum gratia tua. Dionysius Telmariensis duplices temporum notas in successione regum confignatas reliquit. Cum enim annos mensesque, quos quisque regnauit, et interregnorum spatia adscripsit, tum vero etiam annis Abrahae eorum principatuum tempora infigniuit. Hanc alteram rationem secutus es, multa tamen funt in quibus Dionysio non satis fidis. At ego vero cum cernerem, in paucis annos, qui cuiusque adfcribuntur regno, cum annis Abrahae a Dionyfio signatis conuenire, praeterea multa fentirem ea ex caussa parum cohaerere, coepi annos tantum eos fequi, quos quisque regnaucrat, eaque ex re illum percepi fructum, vt omnia inter sefe colligata et veritati consentanea fieri reperirem. Abgarum primum Dionysius annos tres regnasse scribit, аÐ anno Abrahae 1985. et Abgarum Sumacam tamen anno Abrahae 1986. regem ponit. Ita in aliis plerisque turbatur. Pacorum dicit regnum cepisse eodem anno, cum Pacorus Parthus cum Bar Zaphrune Syriam inugfit et Hyrcanum captinum duxit. Id vero accidit A. C. 714. quo anno annus Abrahae 1977. coepit, circa quae tempora Pacorum Edessae rerum esse potitum, nostrae nos rationes docent : at Dionysius initia regni eius ponit in anno Abrahae 1975. Eundem Pacorum dicit regnasse annos quinque, attamen successorem ei dat A. Abrahae



hae 1985. Nimirum Dionyfius ex tabulis Edeffenis acceperat Ofrhoënum regum nomina, cum annorum, quibus quisque imperium tenuerat et interregnorum notatione, forte quosdam etiam cum annis Edeffenis seu Seleucideis : haec ille vero imperitius annis Abrahae descripfit. Itaque animaduerti, accuratissime rem expediri, si Edesseni rationes tabularii sequamur, illas autem Dionysii confusas et perturbatas facessere iubeamus. In progressu operis per se apparebit, posse nos laqueos, quibus se Dionysius induit, summo cum decore effugere, et res Romanas sic demum Edessenis monumentis concor-Primum igitur tabulam chronologicam podare. nam ex mea sententia, postea eam perpetua ratiocinatione confirmabo.

				np. (A.	Selia- Sel, A. At K. Sep	Rejection
		1	1		f.Oao	b.
4574	140	614				<b>-</b>
	. :	_	160	<sup>1</sup> 173		
4575	139	615	-1	2 174	-	
4576	138	616	-	<sup>2</sup> 174		_ {
			_1	3 175		
4577	I 137	617				
		618	- 1	4 170	1880	I. ORHOI BAR CHEVIO regnaui
4578	136	018	161	-1-177	1881	annos V. a Septem
4579	235	619				bri
¥) (¥				2 178	1882	-
4580	234	620	-	_	1883	

F 2

A.

.

. .

•

--

# HISTORIAE OSRHOENAE

A. Pcr.)	I, Ante C, 1	N. A. V. C	.  Olym	ıp.	Λ. <sub>.</sub> Se	I.A.Abr.s K. Sept f.Octob	
<b>4</b> 581	133	621	·	-4	180	1884	•
4582	132	622	·11	. 1		·	
•			162	I	181	1885	II. ABDVS MA- ZOVRI F.rcgnauit annos VII.
4583	131	623		2	182	1886	-
4584	130	624		•	•	-	Abdus fe suaque de- didit Ántiocho Si
				3	183	1887	detae.
4585	129	625			184	1888	
4586	128	626	-	4			
4587	127	627	153	I	185	1889	· ·
				2	186	1890	
4588	126	628		3	187	1891	
4589	125	629	1			1	J
4590	124	630		4	188	1892	III. PARADAS- TES GABARI F.
			164	I	189	1893	annos V.
<del>4</del> 591	123	631	[]	2	190	1894	-
<b>4</b> 592	122	632	1	1	191	1895	
4593	121	633	1	3	-		
4504	120	_!	-[]	4	192	1896	
<b>4</b> 594		634	105	1	193	1897	IV.BACRVS PA-
4595	119	635			194	1898	RADASTAE F. an nos III.
4596	118	636	·		• Y4	+ 0 9 0	
4597	1 117	637	- C .	3	195	1899	
זענד	/	037		4	195	1900	V.BACRVS BA- CRI F. an. XX.
,			<u>.</u>				4598

.

A.Per.l	I. Ante C. P	N.'A. V. C	. Olym	P• -	A. Se	l. A.Abr. K. Sept	<u>'</u>
						f.Odot	
4598	110	638	166	Ţ	197	1901	-
4599	115	639	-	2	198		,
4600	114	640	-			1902	
4601		641	-{{	3	199	1903	
			-	4	200	1904	
4602	112	642	167	Ţ	201	1905	
4603	III	6431	]	2	202	1906	
460+	110	644	-	<u> </u>			
4005	109	645	-	3	203	1907	
4606	108	 		4	204	1908	
	100 -	646	168	ľ	205	1909	1
4607	107	647.	]	-2	206	1910	-
4608	100	648	1	_!			
4609	105	649	-	3	207	1911	
4010			1	4	208	1912	
	104	650	169	<u>.</u>	209	1913	
4611	103	651	Ĩ		210	1014	
4612	102	652	i!				
4613	101	653		3	211	1915	
4014	1		1	4	212	1916	
	100	654	170	I	213	1917	1
4615	99	.055	-		-	-	MAANVS fimu IV. menfes.
		1	-		-	<u></u>	ABGARVS PHI.
	.1	ł	11	2	214	1918	CAS II. annos, IV. menfes cum Bacro
			F	3			
							4626

4616

Digitized by Google

# HISTORIAE OSRHOENAE

A. P. I.	Ante C. N	A. <b>V.</b> C.	Olymp.	A. Sel	K. Sept.	1
		-	1	1	f.Odob	
4616	98	656	3	215	1919	· · · · · · · · · · · · · · · · · · ·
4617	97	657		216	1920	VI. ABGARVS
4018	96	658	171 1	217	1921	PHICAS folus re - gnat ann os XXIII,
4619	95	659				menles V.
4620	94	660			1922	
4621	<u></u>	661	3	219	1923	
4622		662	4	220	1924	
	92		172 1	22 I	1925	, ,
4023	91 ;	663	2	222	1926	
4624	90	664		223	1927	L. Sulla ad Euphra- tem castra habet et
4625	89	665	4		1928	legatos Parthorum accipit.
4626	88	666		<u> </u>		
4627	87	667	173 1	225	1929	
4628	86	668	2	226	1930	
4629		669	3	227	1931	
	85		4	228	1932	
4630	84	670	174 1	229	1933	1
4631	83	671		2 230	1934	
4632	82	672				
4633	81	673		3 231	1935	
4634	80	674		+ 232	1936	
4635			175	1 233	1937	
4-32	79	675		2 234	1938	4636

Digitized by Google

	Ante C, N		Olym	p.	A. Sel.	A.Abr.a K. Sept. f.Octob.	ľ
4636	78	676					
		677		3	235	1939	
4637	77	077		4	236	1940	
4638	76	678	176		237	1941	
4639	75	679		2	238	1942	
- 4640	74	680			-		1
4641	73	681	-	3	239	1943 -	VII. ABGARVS
				4	240	1944	ABGARI F. a Fc- bruario Ann. XV.
<b>4</b> 642	72	682	177	1	241	1945	
4943	71	683		_		-	Abgarus pro Ti- grane et Mithrida-
			1	2	242	1940	te arma capit contr <b>a</b> L. Lucullum.
<b>4</b> 644	70	684		3	2'43	1947	Abgarusa L. Lu- cullo oppressus.
4645	69	685				-	Abgarus L. Luculli. fidei sese tradit.
4646	68	686		4	24 <b>4</b>	1948	
			178	I	245	<sup>1</sup> 949	1 .
4647	67	687		2	240	1950	•
4648	66	688		_			
4649	65	689	_	3	247	1951	Abgarus ad Cn.
				4	248	1952	Pompeium in caftra venit, in fidem re-
4650	64	690	179	- 1	249	1953	ripitur.
4651	63	69.1		3			
4052	62	692		2	250	1954	
-				3	251	1955	
4053	61	693		4	252	1956	
4654	60	694		_		1	
			180	I	253.,	1957	୶ଡ଼ୢଽୢ

A. P. I. Ante C. N. A. V. C. Olymp. A. Sel. A.Abr.ak

.

Digitized by Google

<b>D.</b> P.	I. Ante C. N	<b>A. V.C</b>		ıp.	A. Se	l.A. Abr	
4055	59	695					-
4656	58	696	.	2	254	1958	Interregnum vnius
				3	255	1959	anni.
4657	57	697			256		VIII. MANVS DEVS a Febr.an-
4658	56	698	181	- <u>-</u>	257	-	nos XVIII. menícs V.
4059	55	699				1961	
				2	258	1962	
4660	54	700	-		_	-	P. Licinius Craffus res in Melopotamia gerit, Manum re- yem in fidem acci-
4661			-	3	259	1963	pit. Manus Craffum du-
	53	701		4	260	1964	cit in infidias Par-
4662	52	702	182	<u> </u>	201	1965	thicas et Romanos caedit,
4663	51	703		2	262	1960	
4564	50	704					
4005				3	263,	1967	
4003	49	705	1	4	264	1968	•
4666	48	706	183	ī	265	1969	
<b>6</b> 57	47	707		2	266	1970	
668	46	708					
			1	3	267	1971	
4669	45	709	; 	4	268	1972	
4670	44	710	184		269	1973	
4671	43	711		2	270	1974	
4672	42	712					
	1	.	· ·	3	271 G	1975	4573
-			•		-	1	<del>4</del> 073

A. P. LAnte C. N. A. V. C. Oiymp. A. Sel. A. Abr

48

4673

Ì

Digitized by Google

## E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. I. 49

4573	41	713				
4674	40 -	714	4	272	1976	Pacorus Orodis
40/4		(**	185 . 1	273	1977	Parthorum regis filius cum Barza- phrune resgerit in Syria.
4675	39	715	- 2	-	1978	IX. PACORVSa Quinctili annos V.
4676	38	710	-		1978	Pacorus Orodis rc-
			3	275	1979	gis Parthorum fil. caeditur a Venti-
<b>4</b> 677	37	717	4	276	1980	dio.
4678	36	718	186 I	277	1981	
4679	35	719				
4680	34	720	_ 2	278	1982	X. ABGARVS a
			3	279	1983	Quintiliannos III.
4681	33	72,1	4	280	1984	•
4682	32	722	187 I	281	1985	
4683	31	723		282	-	XI. ABGARVS
4084	30-	724	2		1986	SVMACA aQuin- tili annos III.
			3	283	1987	
4685	29	725	4	284	1988	
4686	28	726,		285	1989	XII. MANVS SAPHELVL A
4687	27	727				Quintili annos XXVIII, menfes
4688	- 26	728	2	286	1990	VI.
	_		.3	287	1991	
4689	25	729		4 288	1992	-
4090	24	730	$1 _{\frac{89}{1}}$	289	1993	]
			•	- 209 	* 7 7 3	1601
			· ·	2		4691

A. P. I. Ante C. N. A. V. C. Olymp. A. Sel. A. Abre

## HISTORIAE OSRHOENAE

۱

· · · ·

. .

A, P, 1	Ante C	.N. <b>A. V.</b> C	Olyn	np.	A. Sel	.  A. Abr.
			11			
4691	23	731	]]	2	290	1994'
4692	22	732				
4693	21	733		3	291	1995
4694	20	734		4	292	1996
4695	19	735	190	I	293	19 <b>9</b> 7
4696	18	736		2	294	1998
4697	17			3	295	1999
	-				296	2000
4698	10	738			-	1001
4699	15	739	191	I 	297	2001
4700	14	740	1	2	298	2 002
4701	- 13			3	299	2003
4702		- 742		4	300	2004
4703		- 743	192	T	301	2005
	11			2	302	2006
<del>4</del> 7°4	10	744	1		303	2007
47°5	9	745		]		
4706	8	746		4	3°4	2008
4707	7	747	193	1	305	2009
4708	6	- 748	1	2	300	2010
		_		3	307	2011
47°9	5	749		_].	308	
		, t	•	Ŧ	100	2012

Digitized by Google

E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. 1. 51

A. P. I. Ante C. N A. V C. Olymp. A. Sel. A. Abr. 2

	1	1		T			1
						1	
4710	4	750	194	-	309	2013	-
4711	3	751	- YT	-	309	2013	
				2	310	2014	
4712	2	752		3	311	2015	
4713	I	753			_		
	A. Chr. N.			-4	312	2016	
4714	I	754				_	
		755	195	Т	313	2017	XIII. MANVS
4715	2	(33	h	-2	314	2018	MANI F. a Fe-
4716	3	756		_		-	bruario annos VI,
4717.	4	757		3	315	2.019	
				4	310	2020	
4718	5	758	196	1	317	2021	-
4719	6	759					
		760	-	2	318	2022	
<del>4</del> 720	7			3	319	2023	1
4721	8	761		4	320	2024	XIV. ABGARVS
4722	9	762		_			VCHAMA a Fe- bruario annos
			197	I	321	2025	XXXVII, menfem
4723	10	763		2	322	2 0 2 6	_1.
4724	II	764		_		-	_
4725	12	765		3	323	2027	
				.4	324	2028	]
4726	13	766	198	1	325	2029	<b>-</b> :
4727	14	767		_			-
-	1		1.	2	326	2030	l
			. (	7	2		4708

G

4728

•

			<sup>0.</sup> ,.	. The i		A. ADI.	
····		<u> </u>					'
4728	15	768			327	2031	-   -
4729	16	769					
4730				4	328	2032	
4/30	17	770	199	I	329	2033	1
<b>4</b> 73 I	18	771	]	2	330	2034	
<del>4</del> 732	19	772	1				
4733	20	773		3	331	2035	
				4	332	2036	
<b>4</b> 734	21	774	200		333	2037	1
<del>4</del> 735	22	775		_			
4736	23	-776		2	334	2038	
	<u> </u>			3	335	2039	
<del>4</del> 737	24	777.	}		336	2040	
4738	25	778	201		337		
4739	26	779				2041	
				2	338	2042	
4740	27	780			339	2043	
4741	28.	781			340	2044	
4742	29	782			·		
			202	I	341	2045	
<b>4</b> 743	30	783		2	342	2046	
<b>4</b> 744	31	784	ił		24.2		
<b>4</b> 745	32	785		3	343 	2047	
•			!	4	344	2048	
4745	33	786	203	-[	345	2049	

A. P. I A. C. N. A. V. C. Olympi A. Sel. A. Abr.

4747

E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. I. 53

			5	•	• ·	•	annos XIV. 4766
4765	52	805	<u> </u>	-4	364	2068	Manifrater, a Martio
<b>4</b> 7 <sup>6</sup> 4	51	804		3	363	2067	MANVS ABGARIF.
	50			2	362	2000	-
3762		803	207	1	301	2065	
3762	49	802		4	300	2064	
4761	48	801		3		2063	
4760	47	800		2	358	2062	_
4759	46	799		_			VII.
4758	45	798	206		357	2061	XV. MANVS ABGA- RIF. a Martio, annes
4757	44	797	·	-4	356	2060	
4756	43	796		-3	355	2059	•
4755	42	795		-2	354	2058	•
<b>4</b> 754	41	794	205		353	2057	
4753	40	793		4	352	2056	
4752	39			-3	351	2055	1 .
		79 <sup>2</sup>		2	350	2054	
4751	38	791	204	1	349	2053	
4750	37	790		4	348	2052	
<del>4</del> 749	30	789		3 	347	2051	-
4748	35	788		_			
<b>4</b> 747	34-	787		-2	346	2050	
						1	

A. P. 1. A. C. N. A. V. C. Olymp. A. Sel. A. Abr.

-

٠

,

A. Per.I.	Ante C. 1	N. A. V. C	.  Olyn	np.	A. Se	I. A. Abr.a K. Sept. f.Octob.	
4766	53	806	208	1	365	2069	
4767	54	807	.	2	366	2070	
4768	55	808	-		367	2071	- -
4769	55	- 809	-	3			
			_[]	4	368	2072	
<b>47</b> 70	57	810	209	I	369	2073	
4771	58	811		2	370	2074	
4772	59	812		Ĩ	575	/+	
·				3	371	2075	
4773	60	813			372	2076	
4774	61	814	210	I	373	2077	,
4775	62	815		_		_	•
			1	2	374	2078	
4776	63	816		3	375	2079	
4777	64	817	<u> </u>	_		2080	
		818	-   .	4	376	2000	
4778	65	010	211	I	377	208,1	1
4779	66	819	<u> </u>		-	-	XVII. ABGARVS MANI F. a Mart.
			-  .	2	378	2082	annos XX.
4780	67	820		3	379	2083	
47 81	68	821	-	4	380	2084	
4782	69	822	-				•
4783	1 70.	823	212	1	381	2085	
7753				2	382	20 86	
4784	71	824	-		383	20 87	-
		1		3	243	120.01	

4785

54

J

.

E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. I. 55

1

A,Pcr.I.	Ante C. N	.A. V. C.	Olym	P•	A. Sel	.'A.Abr.a K. Sept. I.Octob	
4785	72	825	\	4	384	2088	
4786	73	826	713		385	2089	•
4787	74	827		2	380	1	
4788	   75	828		2	380	2090	
4/00				3	387	2091	
4789	76	829		-4	388	2092	
479°	77	830	214	I	389	2093	
4791	78	831	Ì	2	390	2094	
479 <sup>2</sup>	79	832					
4793	80	833	-	3	391	2095	
	81	_		4	392	2096	-
4794	81	834	215	r	393	2097	
4795	82	835		2	394	2098	
4796	83	836	<u> </u>	3		2099	
4797	84	837		3	393		
				4	396	2100	•
<del>4</del> 798	851	838	216	1	397	2101	
4799	86	839	·		-	-	XVIII. ABGA- RVS AIAZE
4800	87	840	-	; 2		2102	THAE F. a Mart. annos VI. menfes
4801	- 88	841	-	3	399	2103	IX.
4001			1	4	400	2104	-
4802	89	842	217	I	401	2105	
4803	90	843	1				
	1	I.	11	2	402	2106	

					844	91	4804
	2107	·3 ·	3				
-					845	92	4805
Interregnum duð rum annorum a De	2108	° <u>4</u>	4	4	840	93	4806
cembri.	2109	°5	I	218			
XIX. PARNÁ-	2110	6	2		847	94	4807
TASPATES a	i				848	95	4808
Decembr.annos III menfes X.	2111	7	3				
memes A,	2112	8	4		849	96	4809
-					850	97	4810
	2113	9	Ţ	219	851	98	4811
XX. PARNATA	2114	0	2	 		, <b>9</b> 0	7
SPATES Iunior ab Octob. menf. X					1		
XXI. MANVS	-	-		-	852	99	4812
AIAZETHAE F. ab Augusto	2115	I	3		0		
annos XVI. menfe	2116	2	4		853	100	4813
VIII.					854	101	4814
	2117	3	I	220	855	102	4815
1	2118	4	2		•,,	102	<b>T</b> 013
					850	103	4816
	2119	.5	3		857	104	4817
	2120	6	4				
	2121	7		221	858	105	4818
				1	859	106	4819
	2122	8	2				
	2123	9	3		860	107	4820
					861	108	4821
	2124	0	<b>1</b>		862	109	\$22
	2125	I A	ī	222		7	,

(

Digitized by Google

E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. I. 57

A. P. I.	A. C. N.	A. V. C	.]/Olym	ıp.	A. Sel.	A.Abr.a	
	<b>]</b> .		<u>  </u>			K. Sept.	
			11 .			ſ.Odob.	
4823	110	863		2	422	2120	le de la companya de
4824	111	864			7~~		
4044		· · · r		3	423	2127	
4825	112	865		Ĭ	1-5		
				4	424	2128	
4826	113	866					
			223	I	425	2129	
4827	114	867		_			
		868	-	2	426	2130	
4828	115	808		3	427	2131	
4829	116	869	-	3	τ- <i>ι</i>	)-	XXII. MANVS
TUTY			i	4	428	2132	MAN F. ab Aprili
4830	117	870		_	-		Ann, XXIII.
	·		224	1	4 <sup>2</sup> 9	2133	
4831	118	871		_			
			-	2	430	2134	
4832	119	872		_			
- 0				3	43 I	2135	
<b>4</b> <sup>8</sup> 33	120	873		4	432	2130	
4834:	121	874		1	1.5 -	, , , , , , , , , , , , , , , , , , ,	
			225	I	433	2137	
4835	122	875					
			1	2	434	2138	
4836	123	876				12120	
				3	435	2139	ł
4 <sup>8</sup> 37	124	877		4	436	2140	
4838	125	878	1	1	15-		
4030	1-)	-70	226	I	437	2141	
4839	120	879					
				2	438	2142	
4840	127	880		_ .			1
				3	439	2143	
4341	128	881		4	440	:144	
4840		882	1	T	77~	]	1
4842	129		227	I	44I	2145	1
	•		Ĥ		• •		4843
							A

Digitized by Google

58

A. P. I.	A. C. N.	A.V. C.	Olymp.	A. Sel	.Abr.a	1
					K. Sept.	
				-	f.Octob	
<b>4</b> <sup>8</sup> 43	130	883	2	442	2146	
4844	131	884		•••		
		ŀ	3	443	2147	
4845	132	885		444	2148	
4846	133	886	4	1 11		
	- 55		228 I	445	2149	
<b>4</b> <sup>8</sup> 47	134	887			2150	
4848		888	2	446		
4040	135	000	3	447	2151	
4849	136	889			-	
		890	4	448	2152	
<b>4</b> 850 .	137	090	229 I	449	2153	
4851	138	891		<u> </u>		
			2	450	2154	XXIII. VALES
4852	139	892		451	2155	SAHRI F. ab Apr.
4853	140	893				annos IJ.
		_	4	452	1256	
4854	141	894			1257	XXIV. MANVS MANI F. reftitui-
4855	142	895	230 1	453		tur et regnat annos
	·		-	454	1258	
4850	143	896		150	1259	
4857	144	- 897	-   -	3 455		
		_		4 450	1260	
4858	145	898				
4859	140	899	231	I 457	1201	
	1			2 458	1262	
4860	147	1 900				-
4861		- 901	-!!	3 459	1263	
700-	148	, , , , ,	11	4 460	1264	-
4862	149	902	1			-
•	-		232	1 461	1265	4863
•					•	4003

1

Digitized by Google

E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. I. 59

						ı
4863	150	903				•
4864	151	9°4	2	462	2166	
			3	463	2167	
4805	152	9°5	4	464	2168	
4866	153	906			- 2169	XXV. ABGARVS
4867	154	9°7	233 I			MANI F. ab Aprili annos XXXV.
4868	155	908	2	466	2170	
		y.	3	467	2171	
4869	156	9°9	4	468	2172	
4870	157	910				· .
4871	158	911	234 1		2173	-
	160		2	470	2174	
4872	159	912	3	471	2175	
4873	160'	913	4	472	2176	
4874	161	914		473	2177	
4875	162	915	235 1			
	162	016	2	474	2178	
4876	163	916 	3	475	2179	
4877	164	917	4	476	2180	· ·
4878	165	918	]		2181	
4879	166	919	I			•
			.2	478	2182	
4880	1 67	920	3	479	2183	1
4881	168	921	4	480	2184	· ·
4882	169	922	11.	481	2185	-
			237 1		2	4883
						- •

.

A. P. 14A. C. N. A. V. C. Olymp. A. Sel. A. Abr.

,

<b>A</b> . P. 1	A. C. N		Olym	<b>P</b> •	A. Sel.	. <b> A. A</b> br	•
			·				
4883	170	9 <sup>2</sup> 3	]	2	482	2186	
4884	171	924	]	3		2187	-
4885	172	9 <sup>2</sup> 5	·			2188	-
4886	173	926	-	4			_{
4887	174	927	238	I	485	2189	<b>-</b>
4888	175	928	-11	2	480	2190	-
4889	176	929	-11	3	487	2191	
- 1997 - 1997 - 1997 - 1997 - 1997 - 1997 - 1997 - 1997 - 1997 - 1997 - 1997 - 1997 - 1997 - 1997 - 1997 - 1997			1	4	488	2 1 9 2	- 
4890	177	930	239	I	489	2193	-[
4891	178	931	<u> </u>	2	490	2194	-
4892	179	932	]}	3	491	2195	-
4893	180	933	-   <u></u>		492	2190	
4894	181	934		4			]. 
4895	182	935	240	Î	493	2197	4
4890	183	936	-{}}	2	494	2198	-
<del>4</del> 897	184	937	-11	3	495	2199	
				4	496	2200	1
4898	185	938	241	I	497	2201	- L
4899	185	939		2	498	2202	-
4900	167	940	- 	3	499	2203	
4901	188	941	-1		500	2204	XXVI. ABGA- RVS SEVERVS
4902	189	942	-		1		ab Aprili annum.
		•	242	I	501	2205	•

<del>4</del>903

E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. I. 61

A, P, 1,	A. C. N.	A. V. C.	O)ym	<b>p</b> .	A. Sel.	A. Abr.	
				-			
4903	190	943	]	-2	502	2206	•
4904	191	944		_			
4905	192	945		3	5°3	2207	
4006	102	946		4	5°4	2208	
<b>4</b> 906	193	970	243	T	505	2209	
<del>4</del> 9°7	194	947		2	500	2210	
4908	195	948		-3	507	2211	
4909	190	949					
	197	950	![	4	508	2212	•
4910			244	ï	509	2213	1
4911	198	951	<b> </b>	2	510	2214	
4912	199	952		3	511	2215	
4913	200	953				2210	XXVIII. ABGA-
4914	201	954	[]	4		-	RVS. MANI F.
4915	202	955	245	I	513	2217	
				2	514	2218	
4916	203	956		3	5 I-5	2219	
4917	204	957		-4	510	2220	- -
4918.	205	958	246		517	2221	- ·
4919	200	959			518	2222	-
4920	207	9:0	-!			_	
4921	208	961	-{		519	2293	
	_	1	1	4	\$ 520	2224	ł
4922	209	962	1247	1	521	2225	-
				ł	ł 3		4923

A. P. I.A. C. N. A. V. C. [Olymp. A. Sel.] A. Abr.



62

## HISTORIAE OSRHOENAE

A. Per.I	. A. C. N	.;A. V.C	.¦ Olyı	np.	AS	el. A. Abr.
		1	H			K. Sept.
<u> </u>			]			CO&ob.
<b>4</b> 923	210	963				
		[·		2	522	2226
<b>4</b> 924	211	964	<del> </del>	3	523	2227
4925	212	965			524	2228
			.[]	4	>~4	2220
4926	213	966	284	1	525	2229
4927	214	967				
				2	520	2230
<del>4</del> 928	215	968				
		!	1	3	527	2231
<b>4</b> 92 <b>9</b>	216	969.	;	-4	528	2232
4930	217	970	-	•	-	
	/	970	249	I	529	2233
<del>4</del> 931	218	971	]			
			.	2	530	2234
<del>4</del> 932	219	972		_	627	12225
4933	220	973		3	531	2235
7933	220	973		4	532	2236
4934	221	974	I			
			250	I	533	2237
4935	222	975				
		!	1	2	534	2238
4936	223	976				
				3	535	2239
4537	224	977		_		
	r 1		•	-4'	536	2240

HI-

## HISTORIAE OSRHOENAE ET EDESSENAE ENVMIS ILLVSTRATAE

### LIBER SECVNDVS

De fuccessione regumOsrhoënorum vsque ad Abgarum Nigrum

### I. Loujo uni Orhoi bar Chevjo,

Ofrhöes Heuiae filius, primus regum Ofrhöenorum, de quo supra amplissime disputaui. Incepit igitur regnare A. Abrahae 1880. Edesseno autem, fiue Seleucidarum 176. qui ab initio Septembris anni periodi Julianae 4577. procedunt. Antiochus PiusSidetes in regnum vocatus a Cleopatra anno; 175 ineunte, Diodotum Tryphonem, Apamia, in quam fese coniecerat ex clade, deficientibus exercitibus, vi capta, occidit. Ab eo tempore recipiendis in deditionem vrbibus, res suas firmauit Antiochus. Anno autem Seleucidarum 177. sub verem, Hierofolyma obsedit, et paullo ante hyemem, conditionibus recepit in potestatem. Nec magni quidquam ex eo tempore perpetrauit, quod Parthos metueret, et Demetrium, qui bis ex Hyrcania ad recuperandam Syriam profugerat, permisturus omnia tu-

tumultibus, nisi a Parthis fuisset retractus. Ita inter maiorum motuum curas Osrhöeni quieti, rem publicam ordinarunt.

## II. Lego Ci Abdo bar Mazour,

Alterum nomen, Abdo, eiusmodi est, vt et Arabicum effe possit et Syriacum : Seruium inter-Ita Obobas rex Arabum apud Iofepretari licet. phum. (1) Apud Cornelium Tacitum (2) est Abdus eunuchus regis Parthorum, seu Syriaci seuArabici generis et apud Theodoretum Cyrenenfem Aßdag episcopusPersarum. Etiam Mazur patris nomen et Arabicum etSyriacum effe potest, vt puto, a raritate capillorum. In genealogia Arabum (3) ab Abrahamo Ecchellensi memoratur Massari filius et Aba- · dus Nazari istius ex altera coniuge filius. Apud Herodotum tamen Mazares Medus etiam est. Dionysius Telmariensis ab anno Abrahae 1884. eum regnasse tradit annos septem. Si Osrhöes medio anno 1880, imperium adeptus est, et annos quinque regnauit, sequitur, eum medio anno 1885. Seleucidarum 181. superstitem suisse. Non enim est vero fimile ab ipfis Kalendis Septembribus A. P. I.4577. regnare coepisse. Igitur aut paullo ante annum 1880 regnum instituit Ofrhöes, aut non omnino quinque regnauit annos. Sane vt alterutrum mihi per-

(1) Antiquit. Iud. 1. XIII. 21. XVI. 11. (2) Annal. 1. VI. 31. (3) In Supplemento chronici orientalis. p. 137.

### E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. II. 65

persuadeam, Chronicon Edessenum facit, quod A. Seleucidarum 180. hoc est Abrahae 1884. Edesfenum regnum coepisse testatur : vt mihi videtur, ab auspiciis huiusce Abdi. Nam frequens hoc eft, vt diuersa regnorum initia confignentur a diuersis re-Sed ponamus, anno Abrahae ineunte vgibus. trumque effe auspicatum : nihil enim magnopere accurationi nostrae ea via decedit, et definiri res ita, vt dies nobis in calculo excidant nulli, per monumentorum inopiam non potest. Abdus initia regni non diu quieta habuit. Nam Antiochus Sidetes, vt Parthos perniciem fibi molientes vi et armiscoercecopiis in vnum coactis, anno Seleucidarum ret, 182. mouit in Mesopotamiam. Aduenienti, vt ait Iustinus, (4) multi orientales reges occurrere, tradentes se regnaque sua cum execratione superbiaePartbicac. nec mora congressioni suit : Antiochus tribus praeliis victor, cum Babylonem occupasset, magnus habericoepit : itaque omnibus ad eum populis deficientibus, nibil Parthis reliqui, praeter patrios fines, suit. In corum numero regum Abdum quoque fuisse necesse est: et tradidisse seleucidarum, Olympiadis CLXII. 2. Nam Antiochum e Syria expeditionem fecisse per superiores Euphratis regiones, in quibus Edessa fuit, et ipsa gerendi belli ratio postulat, ne si inferiora Mesopotamiae petiisset, excursioni Parthorum Syriam a tergo omnem nudaret, et testimonio est praelium cum Indathe Partho-

(4) L.XXXVIII. 10.

2.

#### HISTORIAE OSRHOENAE

66

thorum duce commissum ad Lycum fluitum fub Pentecosten Iudaeorum. De tempore Nicolaus Damafcenus auctor eft. (5) Nam post Indathen victum, duos dies Antiochum quieuisse scribit, vt, qui cum Ioanne Hyrcano militabant Iudaei, sabbatho et pentecostes, qui sequebatur, primo die, festiuitati vacarent. Lycus autem fluuius in Hyrcania ab oriente in Tigrim incidit, vt ex eo intelligas, per superiorem Mesopotamiam Antiochum petiisse Parthos et sub verem Edessam redegisse in potestatem. Anno post, seu Seleucidarum 183. Antiochus aParthis in hibernis oppressus est. (6) Demetrius, quem in Hircania egisse diximus, sub exitum anni 182, irruperat in Syriam. Antiocho deuicto , Parthi confilia retrahendi Demetrii nequidquam agitarunt. Ille enim Cleopatrae coniugi reconciliatus, Partho-Parthi pacando Caucaseos rum infidias eludebat. populos districti, Syriam nihilo minus in oculis ferebant, quam ex opportuno aggrederentur armis. Et Ioannes Hyrcanus libertate parta , cum Syriae Phoeniciaeque, tum Arabiae et Idnmaeae praegrauis erat. Parthis perauxiliorum Syriacorum infidias cum rege trucidatis, Demetrius Soter, aduersus Ptolemaeum Physconem moto bello, ab Alexandro Zabina aemulo et regno exuitur et vita. Is status regnorum Syriacorum Parthicorumque fuit, regnan-

(5) Apud Iofephum Antiquit. XIII. c. 16. Georgius Syncellus: p 292. perperam tradit, ab Antiocho Grypo Sindam, vt vocat, Partherum ducem ad Lycum effe fulum (6). Graca Eufebii p. 21.

### E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. II. 67

gnante apud Edeffam Abdo, distracta interim Mesopotamia ancipitibus rerum casibus. Decessit Abdus anno Abrahae 1891. excunte, cum turbatissimae res in Syria essent, per praua studia Cleopatrae reginae Seleucique filii et desectionem Antipatri Cloniique Acropi ducum.

# III. ering in Anin Paradascht bar

Gabarou, seu Paradastes Gabaraci-filius, Dionysio dicitur ab anno Abrahae 1894. regnasse quinque an-Ex nostris rationibus A. Abrahae 1892. sucnos. **c**effit. Incidit eius initium in turbas illas Syriacas, quas paullo ante attigi. Et Parthi quidem a Caucafeis populis, quos Iustinus (7) Scythas vocat, bello victi erant: Mesopotamiae tamen possessionem sibi vindicarunt.Quapropter Appianus Alexandrinus (8) reete prodidit, Parthos ab hoc maxime tempore, auulsam a Syriae regno Mesopotamiam suis opibus adieciffe. Paradastes viique Parthicam originem et suo et patris nomine indicat, siue a Parthis Osrhöenae rex sit datus, siue ab Edessenis per assentationem ex eo populo lectus fuerit.

### IV. Anje in cin Bacru bar Para-

dascht, seu Bacrus Paradasbae filius. Est autem J. I 2 Ba-

Digitized by Google

(7) XLII, 1, 2,

Baker Arabicum nomen cameli et tribus, ex quo Abubaker focer Mahometis multique alii (9) et Diarbaker veterum Amida, et tota Mefopotamia, a tribu Arabica Baker, quae in ea confedit. Dionyfio dicitur ab anno Abrahae 1900. regnasse annos tres. Nos eum arbitramur iniisse regnum anno Abrahae 1897. Interea Antiochus Grypus in Syria fic fatis tranquille regnauit.

## V. ojas ja ojas Bacru bar Bacru

ab anno Abrahae 1900. ineunte regnauit, vt Dio-Sic etiam ex nostris nysius habet, annos viginti. rationibus. Extremis annis socios regni habuit Manum et Abgarum. Manum Dionyfiustradit, anno Abrahae 1918. regnasse menses quatuor. Nos, cum viginti annos Bacri numeramus, definimus in anno Abrahae 1920. ineunte, cum Abgarus, qui post Manum socius regni fuit, Bacrum occidit. Abgarus duos annos folidos et quatuor menses regnauit cum Bacro : igitur in societatem regni adscitus est anno Abrahae 1917. ante mensem Maium anni periodi Iulianae 4615. Ex quo conficitur, Manum ante eum cum Bacro regnasse quatuor menses, ab Non posfuauspiciis anni periodi Iulianae 4615. mus, ex hypothesi nostra calculum ducentes, a vero tempore tam longe aberrare, vt Dionysius Telmarien-

(9) Sahditze originem trahunt a Sahdo filio Baeri. Abrahamus Ecchellensis in Supplem. Chronici orientalis p. 137.



### E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. II. 69

marienfis. Eft autem, vt opinor معنو Maanu illud vocabulum, a quo Edeffenos Mercurium Móviµov appellaffe apud Iulianum (10) memoriae prodidit Iamblichus. Nam vt Mercurius eloquentiae et mercaturae praefectus fuit, ita Móviµoç Edeffenus deus, fi ab عنا (vnde Manu eft) deriuetur, et facundiae et negotiationis potentem fignificat. Apud Conferanos titulus fuit: (1)

> MINERVAE BELLISAMAE SACRVM Q. VALERIVS MONIM....

Superstitionis Syriacae monumentum esse, ex Mineruae Belisamae nomine apparet, quod dominam feu reginam coeli fignificat. Philo Byblius ex Sanchuniathone Berytio (2) TETOV DED'VE'VOµLOV µOVOV 8eave κύριον ΒΕΕΛΣΑΜΗΝ καλέντες, δ' έςι παρά Φοίνιξι Κύζιος Ουζανώ, Ζεύς δέ πας Ελλησι, bunc deum putabant solum coeli dominum, Beelsamin vocantes, quod est Phoenicibus dominus coeli, Zeus Graecorum. Idem ille Philo (3) Baάλτιδα Phoenicum interpretaturDionem seu Venerem Ougaviay. Mirum cur non potius Iunonem. Abydenus: Βήλος ½ βασίλα Βήλτις. Sed liberum erat, cui deo deaeue ex suo concilio, aliquod Phoenicicae aut Syriacae superstitionis nomen, Graecus homo aut Latinus compararet. HicQ. Valerius Mo-Iz

(10)Oratione in folem p. 150. ed. Spanh.(1) Gruterus p. 1057. 2. (2) Apud Euschium praep. euang. p. 34. ed. Colon. (3) ib. p. 38.

Digitized by GOOGLE

Monimus Mineruam esse maluit reginam caeli. Illud igitur cognomen Monimi, Syri hominis suit : Sic (3)

P. AELIVS. P. L. SALVIVS

C A T I'A. C. L. M O N I M E. Liberta e mancipio Syriaco. Est et Helius Monimus et Monime Crescens mater Aelii, in inscriptionibus. Helius nihil aliud quam Aelius. Vt ille Catulli,

Chommoda dicebat, si quando commoda vellet Dicere, et binsidias Arius insidias,

Et tum mirifice sperabat se esse locutum,

Cum, quantum poterat, dixerat binfidias.

In foeminis Graecis alioqui nota est Movium Milesia Mithridatis Magni coniux : (4) fed quae, vt puto, nihil Syriaci in nomine habuit. Nam Móvinos per fe Graecum vocabulum eft, quo Philo Iudaeus delectatur, cum deum vnicum ct folum dicit, et in nominibus Graecis, vt ille Monimus Syracufius Diogenis Sinopenfis imitator cauis, vt Monimus Pythionis qui Panticam Cypriam exOlympiadis gynaeceo in matrimoniumpetiit, teste Phylarcho (5) vt ille Monimus, e cuius Oauμασίων συναγωγ η Clemens Alexandrinus, in Protreptico(6)quaedam adfert.Sed cumGraeci peregrina vocabula efferebant, plerumque deflectebant ad notos fonos, inde Manus, Móriµog Habemus tamen apud Suidam et Theodosium in excerptis Dionis Mannum, quod nomenin Lucillae Augustae numo a P. Segui-

(3) 2pud Gruterum p. 959. 5. (4) Plut. in Lucullo p. 503. in Pompeio p. 639. alii (5) apud Athenaeum p. 609.(6) p. 27.



#### E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. 11. 71

Segniuo euulgato exstat, MANNOC ØIAOPO-MAIOC BACIAEVC et nescio an fimiliter nomen dei Monimi verius expressum sit a Dione Cassio, (7) cum ait : την Μαναίτιν χώραν της Αεμενίας έσαν & 9εῶ τινὶ ἐ ϖωνύμω ἀνακειμένην. Sub hoc Mano rege Dionysius ad annum Abrahae 1918. scribit, regnum Syriacum in Antiochia deslisse, hoc est Olympiadis CLXX. 2. Ortum hunc errorem puto ex Eufebio, quem sequitur Dionysius. Is enim ad Olympiadis CLXXI. 4. h Suglas deyn narehúsy et tamen addit : διαρκέσασα έτη σν. Hos 250. annos prudens praetermisit Hieronymus : alium vero grauiorem commisit errorem, cum Eusebium sic conuertit: bucusque Syria posses, in Romanam ditionem cessit. Nunc enim plane fine omni excufatione Eufebius traduci potest. Sin eum, vt Graeca in excerptis exstant, accipimus, confusio ex eo nata videri potest, quod 250. fere annos Syriacum regnum fuit, cum, vt dicam postea, a Pompeio est in prouinciam redacta, Olymp. CLXXIX. 1. qui erat Se-Econtrario Olympiadis CLXXI. 4. leucid. 249. Eusebius autem circiter fuit Seleucidarum 220. hunc annum a quibusdam notari inuenerat, Antiocho Grypo occifo, disfolutum esse Syriacum regnum: quid enim ab illo tempore, quod vel vmbram priftinae maiestatis exhiberet, in Syria superfuit?adeo vt denique Syri, non multis post annis, perturbationibus et desperatione compulsi ad Tigranem Arme-

Digitized by Google

(7) p. 26.

menum se conferrent. Antiochus Grypus Olympiadis CLXX. 4. fi Porphyrium fequimur, (8) Heracleonis infidiis occifus eft. Propius ab eo tempore abest Dionysius, quam Eusebius. Aut, fi mauis, quod mihi quoque videtur verofimillimum, Dionyfius eos secutus est, qui in Antiocho Grypo definebant : Caesariensis autem ille, in oculis habuit Malchum, aut vt Graece dici maluit, Porphyrium Tyrium, qui in Philippo, Antiochi Grypi filio definit, iisdem verbis, qnibus Eusebius : άΦ' § ή κατά Συρίαν άρχη κατελύθη. άπο μέν το Αντιγόνο ές έτη σοδ, από δε Σελέυκε τε Νικάτορος έτη σλ9. Vbi error numerorum ex annis ab Antigono et Seleuco comparatis, perspicue colligitur. Atque a Seleuco vsque ad annum fecundum Philippi funt anni  $\sigma_1 \vartheta_1$ ita vt 219<sup>mus</sup> annus cum Olympiadis CLXXXI. 3. concordet, quem diserte ponit Porphyrius. Anni vero ab Antigono, iam olim corrupti fuerunt, sed Vereor enim, ne Pornunc funt corruptiores. phyrius imperite secutus sit Appianum Alexandrinum, (9) apud quem ita legimus :  $\dot{\eta} \delta' \dot{\alpha} e \chi \dot{\eta} \tau \tilde{\omega} r \Sigma \epsilon$ . λευκιδών ές έβδομήκοντα έ ωι διακοσίοις ένιαυτές προίκεro, quibus, inquit, anni quatuordecim Tigranisaddendi sunt, si ab Alexandro Macedone supputemus, ad id tempus vsque, cum Syria Romana prouincia facta est. Ibi enim seu παρόγαμα Appiani seu librarii culpa, sed vetus adeo fuit, vt posset Porphyrio illudere, cum τρίακοντα tantum scribendum esset : funt

(8) Excerpta Scaligeri p. 62. (9) p. 215.



funt enim 230. anni ab Alexandri morte: aut, fi ita accidit, vt ille numerus in Appiano pariter et Porphyrio posterioribus temporibus corrumperetur, saltem Porphyrius culpa non vacat, qui σλδ 234. scripsit, vt additis annis quatuordecim, quos Appianus Tigrani adsignat, annus 248. exiret, qui propemodum verus est Syriae in prouinciae formam redactae. Consilio hic error commissi est, non solo errore scribarum.

# VI. Lole ( Abgar Phico,

seu Abgarus Phicas, primus celebre hoc Abgarorum nomen geflit, quod ABFAPOC et AVFAPOC Dio Cassius, Zonaras, Cedrein numis editur. nus, Damascenus, Acta Synodiseptimae, Menaea, Auyagos, Raphael Volaterranus Abagarus, forte ex Cornelio Tacito, apud quem nunc est Abbarus : aut ex Hieronymo qui plane Abagarum habet. Appianus Axbagos, Dio quoque Aybagos, vt Scholasticus : ita etiam apud Euse-Eugarius bium editum est ex codice regio Parisino, quamquam Henricus Valefius, qui hoc nomen maxime probat, in codice Mazariniano haud aliter reperit, quam Abyaeos. Suidas Auyaeos, Ακβαgos, (Ακβαgos δ της Εδέσσης βασιλεύς inquit) fic enim diversis modis repererat apud scriptores. De eo nomine Ezechiel Spanhemius quoque disputauit. (10) Is censet, item K vt

(10) t. 1. p. 261, de viu et praestantia numismatum.

Digitized by Google

vt ante eum Henricus Valesius, (1) plane Acbaros fuisse dictos. Neque ego magnopere eos reprehenderim, qui Ax Bagov aut Ay Bagov fcripferunt. Nam اكبر Akbar Arabibus maximum fignificat. Inter reges Edumaeos est Chanon ben Akbor (2) aut Arabice حنى بن الكبر Chanan ben Akbar. Et poteft fieri, vt Arabes Scenitae fic vocauerint Abgaros Edeffenos, vnde nomen ad Romanos peruenerit. Nos tamen numos et Syriaca monumenta tutius sequimur. Asfemanus noster Syriacum esse contendit et claudum (3) fignificare, Spanhemioque obiicit, quo minus ex Arabico duci possit erupor, id obstare, quod Edesseni Syri fuerint, non Arabes. Hoc extremum mihi non fatisfacit, Edessenorum conuersiones confideranti, saepe enim reges a finitimis petierunt. Et Phicas quidem cognomen Syriacum eft, veluti mutum, vt amicus noster interpretatur, seu vt Thomas a Nouaria, (4) balbutientem dicas. Regem vero monstrosum, qui simul claudicauerit et seu balbutierit seu mutus fuerit. Mirum ni idem et caecus fuit et sur-Quidquid id sit, malim equidem, nisi quis indus. tercedit, Parthicum nomen suisse. Nam Moles Chorenensis (5) testatur, ab Assyriis et Graecis Ar-

# menicae pronunciationis ignaris Juppun Abgar

dici, quasis Generunge Avagair, primarium et

fum-

(1) Ad fragmenta Dionis Cocceiani p.101ad Euseb. p. 23. 12 Genel.XXXVI. 38. (3) Bibl. Vaticanae t. I. p. 261. (4) In Thesauro Arabico Syriaco p. 175. (5) p.165.



### E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. II. 75

*Jummum virum.* Haicana autem lingua est vetus Par-Ita rectifime fcribunt, qui ABFAPON hathica. bent : proxime eos , qui AVFAPON , pro qua scriptura Franciscus Combefisius (6) pugnat. Dionyfius ad annum Abrahae 1918. Abgarum Phicam dicit annos XXV. menfes IV. vna cum Bacro regnasse et ad annum 1934 eum interfecisse Bacrum solumque regnasse annos XXIII. menses V. Nos ex annis successionis constituimus initium regni, quod Bacro focio tenuit, in anno Abrahae 1917. ita vt solus regnare coeperit anno 1920. ineunte. In eius aetatem regis incidunt tumultus interAntiochi Grypi et Antiochi Cyziceni filios, quorum pertaesi Syri ad Tigranem Armenum fe contulerunt. Is regno Syriaco potitus est, Seleucidarum anno 234. quatuordecim annos regnauit, vt confiderantibus res in Syria gestas vere scripfisse videbitur duobus locis (7) Appianus: quamquam, vt modo indicaui, quatuor anni, in quibus filii vtriusque Antiochi inter se digladiati funt, apud Appianum et Porphyrium exciderunt, qui econtrario a Trogo Pompeio (8) perperam sunt adiecti annis Tigranis. **Tigranes** Syriae praesecit Magadaten. Addit his Appianus, Tigranem iam antea έθνη τινά των περιοίκων ίδίοις δυνάζαις γρώμενα fubieciffe imperio atque ex co tempore regem regum dictum. Cui in Lucullo Plutarchus concinit. (9) Nam Tigranem tradit e Cilicia et Cap-K 2 pa-

(6) Ad Constantini Imp. Historiam imaginis Edessene p. 104. 105. (7) p. 190, 215. (8) Iustinus I. XL. 1. (9) p. 505.

76

padocia, quarum alteram, Syris deuictis occupauit, hanc iam antea tenuit, Graecas colonias deduxisse in Mefopotamiam: ob eam autem cauffam multos reges eum enixe coluisse et quatuor cum eo assidue fuisse, tamquam obfides. Strabo: (10) Tigranes Partborum ditionem populatus, Niniuen et Arbela (The TE TEPI Ní-עו א דאע הכבי Agenta) coopis, נעדו א דאע אסוד אי MEσο σοταμίαν, έτι δε η την Συρίαν αυτήν η Φοινίκην αvancátos űλer, etiam reliquam Mesopotamiam ipsamque Syriam et Phoeniciam vi occupauit. Ex quo intelligitur, Abgarum Phicam quoque et successorem eius, Tigrani obnoxios fuisse. Huius veroAbgari primis annis, Mithridates in Ponto bellum Romanum animo agitabat : ea res Parthorum curam aduertit. Et L. Cornelius Sulla ex praetura, quam L. Marcio Philippo, Sex. Iulio Caefare Cosf. A. V. C. 663. gesserat, anno post Ciliciae propraetorlegatusque in Cappadocia, Ariobarzanen in regnum restituit, Armenios profligauit. Ad eum primum omnium Romanorum legati Partborum venerunt, vt ait Velleius Paterculus. (1) Sed et Velleius tempora confudit et Sex. Rufus, (2) cum legatos ad Sullam .Procos.contra Mithridatem bellum gerentem venisfe censent. Liuius autem (3) et Plutarchus (4) hoc tempore id factum retulerunt, quo nos ponimus. Sulla A. V. C. 666. Cos. fuit, anno ante ad vrbem fuit et consulatum petiit, ergo anno 664. propraetor Cappadocas Armeniosque contudit et ad Eu-

(10) p.622. (1) 1. II. c. 24. (2) p. 35. (3) Ep. LXX.(4) p 453.

### E NVMIS ILLVSTRATAE LIB II. 77

Euphratem Parthorum legationem de foedere et amicitia audiuit. Ad Euphratem autem Orobazum Arfacis legatum Sullam conuenisse, Plutarchus auctor est. Offensus est Arfaces, quod Orobazus Sullae summum locum inter considendum reliquisset : itaque Mithridatis consiliis postea fauit. Mithridates vero vt opportunum sensit rebus suis Arfacen, eum ad societatem aduersus Romanos ineundam concitauit, vt est in fragmentis historiarum Sallussii epistola regis ad Arfacen testis, suasitque, vt e Mefopotamia inuaderet Romanos, dum ipse ex Armenia erupturus esset.

VII. in i Abgar bar Algar

Eius primordia regis Dionysius ponit anno Abrahae 1044. annos adfignat XV. Assemanus putat legen-Ego mutandi necessitatem non dum annos XIX. Quinque menses ad annos XXIII. superiovideo. ris regis adiecti persuadent nobis, vt hunc Abgarum principatum iniisse censeamus anno Abrahae 1943. a Februario Iuliano A. P. I. 4641. Hoc rege bellum Mithridaticum gestum est a L. Lucullo et Cn. Pompeio, quorum victoriis Tigranes quoque acces-Lucullus pulso Mithridate A. V. C. 683.inSyfit. riam duxit aduerfus Tigranem, et Magadatem regno eiecit, inde Armenia peragrata, in Mitilenam prouinciam Armeniae minoris et Mesopotamiam de scenditNisibinque cepit.NamMithridates, classibus suis, ad Te-

Tenedum et in mari Aegaeo victis, vt Memnon auctor eft, (5) totis viribus incubuit ad bellum reparandum, et ad concitandos tam Armenos quam Parthos. Sed in Ponto victus magno praelio, aegre auffugit in Armeniam, vbi annum vnum octo menses egit, (6) donec a Tigrane in conspectum admisseft. In hoc tempus incidunt ea, quae M. Tullius pro lege Manilia dixit, magnis eum aduentitiis multorum regum et nationum copiis adiutum, boc enim sere sic fieri solere accepimus, vt regum adflictae fortunae facile multorum opes alliciant ad misericordiam, maximeque eorum, qui aut reges (unt, aut viuunt in regno, quod regale illis nomen magnum et sanctum esse videatur. Eorum in numero Abgarum suisse non dubito, qui Tigrani priuatim obstrictus, arma ceperit pro Mithri-Sed oppressus est aduentu Luculli in Mesodate. potamiam, Romanisque se suaque tradidit. Sic enim Sex. Rufus: (7) buic Lucullo et philarchi Saracenorum in Osrboene superati cesserunt. Iornandes in regnorum successione, (8) cum non intelligeret, cur Sextus Ofrhoënos dixerit Saracenos, qui error ex quo fonte manauerit, supra daclaraui, scribit, per Lucullum phylarchas et Osdroënos et Saracenos deuictos esse. Postquam etiam Tigranes A. V. C.685. ad Tigranocerta fusus fugatusque est, tum vero ad Lucullum pacis caussalegati ex toto fere oriente, hoc est, ex Parthia et omni Mesopotamia venerunt, vt ex Plutarcho et Dione Caffio cognouimus. Igitur ante

(5) apud Photium p. 383.(6) ib. p. 392. (7) p. 32. (8) p. 42. cd. Lindebrogii.



ante eum annum, A. V. C. 684. exeunte, Edessa in potestatem Romanorum venisse, hoc autem anno 685. Abgarus in fidem receptus fuisse videtur. Nam appropinquante hyeme, A. V.C. 684. Lucullus ex Cappadocia traiecit Euphratem, vt Tigranocerta peteret : quae via fane Edessam duxit. Quamquam Historia Miscella (9) ante eam hyemem scribit : Mesopotamiam et Syriam et Phoenices partem occupauerat, tamen hoc de Mesopotamia vanum est. Tigranes. cum Romanos finibus Armeniae appropinguare fenfit, legatos mifit ad Phrahatem Parthum cum mandatis, παγαγωθών αυτώ την Μεσοτοταμίαν, (10) se totamei cedere Mejopotamiam, si arma consociaret aduersus Romanos : at Phrahates tum Armenios legatos, tum Romanos in incerto suspensos dimisit. Lucullo fucceffor datus Cn. Pompeius, qui ex Armenia inuasit Mesopotamiam, ad Amisum, nondum confecto bello, prouincias descripsit et meritis dona Multi duces dynastaeque et reges duodedistribuit. cim ad Pompeium conuenerunt, vt habet Plutarchus. (1) Xiphilinus (2) ait, multis regibus et dynastis ius dixisse et responsa dedisse praesentibus, aliis confirmasse regna, aliis principatum auxisse, alios depressifie. Haec acciderunt A. V. C. 689. Fuit igitur eo etiam tempore in castris Romanorum Abgarus, ένστο σονδος Ρωμαίοις έτσι το Πομπηίο , vt Dio Cassius testatur (3) eoque in bello Pompeium opibus suis adiuuit, vt Appianus habet, (4) quare eodem

<sup>(9)</sup>p. 39. ed. Murat. (10) Memnon apnd Photium p. 393. (1) p. 643. (2)p. 5. (3) p. 145. (4)p. 229.

dem teste Appiano benigne a Pompeio habitus et Φιλογωμαΐος dictus eft. Qua in re eum iuuerit Abgarus, Dio Cassiusdeclarauit. (5) Nam cum eGordyene L. Afranius legatus Pompeii per Mesopotamiam imperatorem in Syriam fequeretur, in itinere aberrauit: et periisset cum omnibus copiis, nisi Carrhaei benigne praebuissent necessaria. Carrhas autem ad Ofrhoënum regnum eo tempore pertinuisse, dubitare nos minime oportet. Cn. Pompeius statum orientis eum reliquit, quem Sex. Rufus (6) describit : receptae sunt , a Tigrane, Mejopotama Syriae et aliquanta pars Phoenices, atque intra Armeniam maiorem regnare permissus est. MesopotamiaSyriae, est Mesopotamia a Syris inculta, cum reliquam Mesopotamiam tenerent Arabes et Parthi Strabo, 7) magnam, et praecipuam vero Mesopotamiae partem Tigrani fuisse relictam scribit. Defuncto Edeffae Abgaro vnius anni interregnum fuit, Dionyfio teste.

## VIII. Jor Maanu Aloho

feu Manus Deus, vt Αντώχος Θεός. Dionyfius A.1960. Abgarum obiisse fcribit et fuisse Osrhoënos annum vnum sine rege, propter contentiones de principatu exortas: deinde regnasse hunc Manum cognomine Aloho seu Θεόν. Assemanus suis ex rationibus arbitratur A. 1964. obiisse Abgarum et interregnum A.1965. esse ponendum. Nos ex instituto nostro, Mani Deiauspicia

(5) p. 35. (6) p. 37. (7) p. 862.



### E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. II. 81

spicia A. 1959. a Februario Iuliano A. P. I. 4657. repetimus. Hic est ille, quem ab infidiis Crasso comparatis cognouere Romani, magno suo malo. Sex. Rufus eum vocat Abgarum transfugam. Appianus, (2) Ακβαρον Φύλαρχον Αράβων. Dio Caffius, (3) μέγισον δε αυτές ό Αύγαρος ό Οξέσηνος ελυμήνατο, ενστουδος Yag Tois Pupaious ini TE Noponie yeroperos argaλετο τά το βαρβάβο, maxime autem cos adflixit Augarus Orrboenus, foederatus enim Romanis, Pompeio res gerente, nunc barbari partes praetulit. Appianus in eandem sententiam, Abgarum dolosum et lubricae fidei virum, tantae cladi maximum momentum attulisse for ibens, ait:  $\tau \tilde{s} \tau o r \eta \delta e \sigma a r eros \tau \tilde{\omega} r \Pi o \mu \pi \eta \tilde{\omega}$ συς βατευομένων ασολάυσαντά τι της εκάνε Φιλαν-Deworlas & Sozarra Dirozwuaior Eray, hunc meminerant quidam ex iis, qui cum Pompeio militauerant, Pompeii beneuolentia vii et amicum Romanorum baberi. Abgarum istum Romani Erratum in nomine est. nouerant ex Magni actis, quae ad Plinii vsque aetatem legebantur Romae, idcirco eum ipsum putarunt esse, qui Crassum in laqueos induxit. Neque ille fuit error militum Romanorum, qui cum Caffio Longino quaestore Crassianam cladem euaserunt. Exstant enim veri nominis vestigia, in quibus Ma-In Plutarcho Φύλαρχος Αράnum cognoscamus. Bur, Agiápyng dicitur. Ex eo puto Suidas: Apiá-Hoc Ariamnes proxime abest a μνης ζνομα χύριον. Mani nomine. Forte enim apud Plutarchum Aciá-MNYS

(2) p. 229. (3) p. 145.

urys seu potius Maguarys scriptum suit, plane Syriacum مري معنو Mar Manu aut Mari Manu , do-*Mar* autem dignitatis caussa etiam minus Manus. regum titulis aequabatur. Rurfum apud Sex. Rufum, vt Vinetus annotauit, in quibusdam codicibus Marachus dicitur, in aliis Macorus, ex quo coniicio, Mar Manum bar Mazur regis perfidifimi fuiffe nomen, quod Romani milites prodiderint. Sic Florus quoque transfugam Syrum Mezerum vocat, ex quo apud Appianum Mažáe915 corruptum. M. Licinius Craffus post confulatum cum Cn. Pompeio A. V. C. 699. gestum, profectus est in prouinciam, resque in Mesopotamia non magnas quidem, attamen feliciter gessit, deinde, vt Appianus habet, disces-Exacta hieme aduersus Parthos dufit in hiberna. xit, qui primo vere irruperant in Mesopotamiam, neque longe ab Edessa et Carrhis aberant. Tum igitur The Mesoworaplar oarpawelar fibi fubiecerunt, vt Appianus testatur : eam inquam partem Mesopotamiae, quam Pompeius Tigrani reliquerat. Manus rex metu Parthicae potentiae in propinquo sitae, Romanos prodendos ratus, qui praesertim tam auare pecunias exegerant, Crasso quidem opes fuas liberaliter impendit, Parthis vero Craffi confilia aperit: fi qua vtilia in rem Craffus ceperat, disfuafor, si praua, hortator aderat, dux item non magis itineris, quam in medias infidias. (4)C.Casfius quaestor in primis erat auctor Crasso, vt copias con-

(4) Dio p. 145. Plutarchus, Appianus, haer et quae sequustus, stadunt.

### E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. II. 83

contineret intra aliquam earum vrbium, quas in potestatem redegerat, donec aliquid certi de hostibus adferretur, aut si ducere Seleuciam perseueraret, ne discederet ab Euphrate, quo commeatus deuchi Abgarus, quo Crassum a flumine et montipossent. bus, locis minime aptis equitatui Parthico, in campos patentes abstraheret, vt erat facundus, exorsus orationem a Cn. Pompeii laudibus, (fic Appianus narrat) ad Crassi potentiam flexit : incusare deinde, quod occasionem gerendae rei e manu effluere pateretur, hortari, vt imparatos opprimeret hostes, refugituros in Hyrcaniam, vbi moueri signa acceperint: monere, ne fineret vires validiores animumque colligere : Sillacem ducem nusquam apparere, Surenam alterum ducem Parthorum folum. oppositum esse, praedae magis Romanorum, quam discrimini. Ita Crassum auidum opprimendi ipfa celeritate Surenam, per solitudines ducit, adeo fidentem, vt, cum Ariarathes Armenus, qui Orodis impressione distinebatur, ne opem ferret, auctor esfet Romanis, vt ad se deflecterent in Armeniae montes, fic intercipi Orodem posse, fin aliter visum, planitiem certe cauerent, Crassus id vnum superbe responderit, sibi non tantum esse otii, vt Ariarathen curet, repetiturum ab eo postea proditionis poenas. At Manus per Edessam et Carrhas, per medios deinde campos arantes nudosque arboribus ducebat, vbi riuus nullus, harena immensa, solis ardores intolerabiles. Id vero in primis aegre ferre Cassiani milites, Manumque conuitiis incessere. Ille ad-

L 2

## HISTORIAE OSRHOENAE

84.

adequitare vltro et blande alloqui et hortari, durarent paullisper et accelerarent gradum, veluti ad certam victoriam. Interdum cauillabatur, qui fic concidissent Martii spiritus ? neque enim fontes et riuos et vmbram et balinea et continuata totoitinere diuersoria se iis ostendisse, sed Arabum et Asfyriorum deserta: haec prius quam hostem superanda esse. Vbi propius ad hostem erat ventum, Crasfo Manus rursum imponit atque speculandi praetextu cum Surena congreditur. Re cum eo composita, Romanos fecuros adhuc in infidias ducit, quas Surena cum maiori parte copiarum comparauerat, Praemissus a Crasso filius P. Crassus, adolescens impiger, tamquam ad facilem victoriam, fugientes consulto hostes consectatus praecipitat in eam manum, quae in occulto consederat. Imperator cum omni peditatu vlturus filii necem gradum accelerat, impar autem ab omni parte et pugnandi genere elusus, sustinet aliquantisper hostem, donec committendi praelii facultas data. Tum vero Manus, vbi Romanos aegre se contra Parthos defendere videt, a tergo exortus cum suis, circumuentos in medio caedit atque hac illac ad opem ferendam se vertentesRomanos inter ambiguos tumultus adeo in arctum compellit, vt tota acies vix commouere fe poffet. Nox caedi Romanae finem fecit. Craffus ex fuga Carrhas, atque hine in Armeniam se recipiens, fraude Surenae capitur. Praelium commissum est meosyros ro Sépss, media aestate, vt Dio habet, atque vt Ouidius in Fastis VI. Idus Iunias. Puta A. V. C. 701. Cum

#### E NVMIS IKLVSTRATAE LIB. II. 85

Cum ad Orodem regem Crassi caput perferretur, pofitae erant mensae atque Iason Trallianus tragoedus ex Euripidis Bacchis Agauen canebat: nam Orodes nec linguae Graecae ignarus erat, neque litterarum, Ibi Iason caput in discubitorio lectulo repositum corripit bacchabundus et pergit canere Euripidea illa:

Φέρομεν έξ όρεος έλικα νεοτόμον έσι μέλαθεα μακάριον θέαμα.

Cum ad eum locum esset peruentum, vbichorus:

τίς κατεΦόνευσε νιν; profilit Maxarthes (is inter conuiuas regios accumbebat) caput arripit, veluti qui Crassi caesi gloriam fummo iure fibi vindicaret, et quod Agaue apud Euripidem choro respondet, exsecutus accinit:

έμον έμον το γέβας.

Laetus ea caussa Orodes et illum, ois nateic' èst εδωρήσατο, Iasoni autem talentum dedit. A Maxarthe caesum esse Crassum, cum ad Surenam supplex accederet, Appianus et Plutarchus auctores sunt. Plutarchus Πομαξαί 9 ρης, vt nunc est in editis, nomen habet, proquoin alio codice est AZá gens. Dio Cassius annotat, non fatis constare, an ab hoste caesius sit Crassus, an manu se sua interemerit. Maxarthen illum credo effe hunc Manum Mazuris filium, (ب مزمور Bar Mazour) ex quo Plutarchus Паена-Edg9ns fecerit. Fuit vtique Manus post commissum praelium cum Surena et maximam totius rei gestae laudem retulit, vt ex co ambitiofior Alaba seu Deum a suis se dici pateretur. Quod illum Crassi carnifi-

L 3

### 86 HISTORIAE OSRHOENAE

nificem Parthum fuisse tradunt Appianus et Plutarchus, id me non mouet: neque enim in his fic accurati funt, vt verba eorum captare nos deceat.

## IX. \_\_\_\_\_ Pacorus, nomen et Sy-

riacae Arabicaeque originis et in Parthicis admodum frequens. A Syris ad Romanos cognomentum peruenit, vt in infcriptione apud Boiffardum: (5)

M. AVRELIVS. PACORVS M. COCCEIVS. STRATOCLES AEDITVI. VENERIS. HORTORVM SALLVSTIANORVM.

Apud eundem: (6)

M. AVR. PACORVS AEDI TVVS. SANCTAE. VENE RIS. IN SALVST. HORTIS

Arionae in Hispania eiusdem aetatis inscriptio:(7)

IMP. CAES. AVG. PONTIF. MAX. TRIB. P. XXXIIII. COS. XIII. P. P.

L. CAETRONIVS. M. F. PACORVS.

Via Ianiculenfi aram Q. Caecilio Metello, T. Viuio Coss. A. V. C. 654. pofuit C. MINDIVS. C. L.PA-CORVS. (8) Venit igitur id nominis Romam e Syria isto tempore, cum in vrbe Partlaicum nomen vix

(5) Antiquit. Roman. parte quarta p. 127. (6) ib. p. 130. (7) Gruterus p. 226.8. (8) ib. p. 1035. 5.



vix fando adiuissent ciues, in Syria autem magnos mercatus exercerent. Hic Pacorus ad regnum peruenit anno Abrahae 1977. Quinctili mense A. P. I. 4675. Dionysius Telmariensis A. 1980 Manum obiisse et Pacorum ab eo tempore annos quinque regnasse scribit. Idem ille Dionysius, eodem, inquit, anno, Pacorus et Bar Zapbrun dux exercitus, Syriam adorti, Hyrcanum Phalaelumque fratrem Herodis in captiuitatem abduxerunt. Affemanus putat Dionyfium loqui de eo Pacoro , quem paullo ante Edessae regnare coepisse prodiderat. Quod nifi ex aliis argumentis atque ipfo verborum decursu cognouit, exhis verbis non potest planissime cognosci. Siue hunc Edessenum Pacorum, seu quem alium Dionysius nobis ferat, erratum certe est in tempore. Nos res gestas animo repetemus ita, vt quae sub Mano acciderunt Pacoro Partho duce, hoc loco cum iis complectamur, quae sub Pacoro rege Edesseno gesta sunt, quoniam Assemanus regem Edessenum et Pacorum Parthum Orodis regis filium, vnum putauit fuisse et eundem. Post cladem Carrhensem Parthi cum exercitu Syriam adorti funt. His copiis praefuit Pacorus Orodis Parthorum regis filius, vt eum M. Tullius (9) et Iosephus (10) diserte vocant. Nupta cum eo erat Artauaídis Armenorum regis foror. (1) Nondum tamen ex ephebis excesserat, idcirco Ofaces adolescentiae eius regundae datus est. Trans-



gres-

<sup>(9)</sup> ad S.P.Q.R.I. XV. epift. I. ad Atticum I. V. 18. 21. (10) de B. Iud. I. I. I. Florus, Iustinus, Dio Cassius, Sex. Rufus, Cornelius Tacitus, ex quibus, sunt qi Pacoram regem vocant, quod esset domo regia natus. (1) Cicero ad S. P. Q. R. I. XV. I. ad M. Catonem I. XV. ep.4.

greffi funt Euphratem A. V. C. 702. nunciumque eius rei M. Tullius Cicero a legatis regis Commageni pertumultuose missi accepit Kalendis Septembribus. Erat Tullius cum proconsulari imperio in Cilicia:M. Calpurnius Bibulus, cui Syria prouincia euenerat, eam nondum tenebat : C. Cassius autem cum omni reliquo exercitu Crassiano, sub aduentum Parthorum intra Antiochiae moenia se receperat. Parthi cum ad Antiochiam castra metati essent, equitatum ad inuadendam Ciliciam misere. Hac re cognita, M. Tullius, qui in Lycaonia castra habebat, partem, quod per haec loca patentia irrupturi videbantur Parthi, partem vt Artauasden ab auxilio hostibus ferendo absterreret, regesque et populos Romano nomini foederatos confirmaret, praemissis equitum turmis cum omni exercitu Ciliciae fines est ingressus. Equitatus Tullianus Parthos adortus maxima clade adfecit. Ea clade et quod ad opem ferendam ab Cilicia aduentare proconsulem fama erat, 'fracti sunt Par-Soluitur obsidio Antiochiae. Casthorum animi. fius insecutus abeuntes, cum paucis ex itinere se obiicit extractosque in locum infidiarum, cum omnibus copiis inuadit. Cecidit eo in praelio Ofaces : Pacorus e Syria excessit Octobri mense. M. Bibulus Procos. hostibus a Tullio et Cassio sugaris, in prouinciam venit Parthosque intestinis dissidies inter se commisit, Ornodopante satrapa in regem concitato et Pacoro in patrem. (2) Ab eo tempore nihil memorabile gestum, donec post bellum Philippense T. La-

(2) Die Cassius p. 150.



#### E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. II. 8 g

Labienus Cassianarum partium, ex desperatione rerum Parthos concitauit. Per absentiam M. Antonii (eum a bello Parthico ex Syria in Aegyptum Cleo. patra abstraxerat) Labienus cum Pacoro maximisque copiis Parthicis Decidium Saxam Antonii legatum vicit et in Ciliciam vsque persecutus ad mortem ad-Ex eo Pacorus Syriam vniuerfam occupauit. egit. Sola Tyrus in fide Romanorum permanüt. Pacorus hospitio acceptus a Phasaelo, persuasit homini simplici, vt cum Hyrcano in castra ad Barzapharnam proficisceretur. Herodes insidias metuens, nequidquam obtestatus Phasaelum fratrem, vt Pacorum et qui cum eo erant, occideret, auertere eum a confilio proficiscendi ad Parthos non potuit. Ita Hyrcanus pacis foederisue specie deceptus cum Phasaelo in Parthorum manus peruenit. Phafaelus fibi ipfe vim infert : Hyrcanus in vinculis ducitur in Parthiam. Interim P. Ventidius Bassus e Cilicia Labienum sugauit : Parthos auxilium ferentes deuicit et ad Ciliciae portas Pharnapaten Pacori legatum cum exercitu concidit, Syriam vacuam ab hostibus recepit. Parthis Euphratem transgreffis, Romanus fignis collatis et simulato opportune metu, repente in fidentes haud dubia fortuna Parthos exfurgit totoque inter Orontem et Euphratem spatio hostes magna strage profligat. Ea in clade Pacorus cecidit, cuius caput cum per vrbes, quae desecerant, circumserretur, solo spectaculo perculsae se dediderunt. Nam ob clementiae et iustitiae laudem magno eum honore M pro-

### HISTORIAE OSRHOENAE

prosecuti sunt Syri. (3) Ita Parthi intra Mesopotamiam compulsi, Syria excesserunt. Occupata eft Syria a Pacoro A. V. C. 714. eodem anno, fub Pentecosten Pacorus Hyrcanum circumuenit, A.V.C. 716. VI. Id. Iunias Pacorus cecidit. Nihil verius eft his Antonii Pagii calculis. Dionysius Telmariensis perperam anno Abrahae 1980. Pacorum et Barzapharnem in Syriam Iudaeamque arma vertisse tradit. Si Pacorus anno Abrahae 1977. vt nos sentimus, rex factus est Edessae, Pacorus autem Orodis filius, A. Abrahae 1976. impressionem fecit in Syriam, non longe abest a vero Dionysius, cum Pacorum successifie in regno et Parthos irrupisse eodem anno in Syriam scribit. At Pacorus rex Edessenus ad A. V. C. 720 superfuit, Pacorus Orodis filius A. V. C. 714. vt fupra dixi, caesus est. Sunt igitur Pacori duo. alter Orodis regis filius, quem in tanto splendore vix decebat effe regulum Ofrhoenum : alter hic ipfe Edessenus. Ineidunt vero in huius Pacori regis aetatem res ab Antonio in Armenia gestae, cum parum absuit, quin Crassianam cladem aequaret sua. Denique vel hoc loco apparet, nos tutius annos suecessionis regum e tabulis Edessenis, quam Dionysii annos consectari. Nam characterem temporis, quo Parthi in Syriam irruperunt et quo Pacorus Edessa regnare coepit, nos hac via seruauimus, cum ab eo Dionyfius longifime aberrauit.

(2) Die Caffius p. 462.

Digitized by Google

X.

ğ0

# X. Abgar

nostris rationibus regnare coepit A. Abrahae 1982. Ouinctili mense A. P. I. 4680. Dionysius ab A. Abrahae 1985, tres annos regnasse prodit. His temporibus Antonius iterum in Armeniam duxit et Artauasden, seu vt alii, Artabazen minis promissique in castra sua inuitatum in libera habuit custodia. Inde obire Antonius castella: at Armeni alium fibi creare Eo fuperato Antonius magna regem Artaxiam. cum praeda in Aegyptum rediit, Artaxias ad Parthos transfugit. Hac opportunitate Artauasdes rex Mediae vsus, Artaxiae Parthisque insultauit: Artauasde a Parthicis opibus superato, Artaxias paternum recuperauit regnum. Sic Dio Caffius. Ouantum Edesseni his rerum motibus a Romanis metuerint, quemadmodum se inter Medos Parthosque et Armenios varia fortuna distracti gesserint, cuique, vt videbitur, arbitrari licet, cognoscere nobis non cft datum.

## XI. Joros in Abgar Sumaca,

feu Ruber Dionysio dicitur ab A. Abrahae 1986. regnasse annos tres. Secundum meam opinionem regnare coepit A. Abrahae 1985. a Quintili A. P. I. 4683. A. V. C. 723. paulo ante Actiacam pugnam, quae postridie Kal. Septembres commissa est. Assemanus noster, qui Pacorum illum Edessenum in M 2 acie

#### HISTORIAE OSRHOENAE

92

acie victum a Ventidio Basso, cecidisse in Cyrrhestica putabat, vt cum Dionysio Telmariensi in gratiam rediret, Mano Deo pro duodeuiginti annis, vt is habet, tantum vndecim attribuit, Pacoro autem pro quinque annis tantummodo tres, Abgaro pro tribus totos nouem. Ita cum Dionysio incidit in A. Abrahae 1986. initium videlicet Abgari Sumacae. Nos, qui Pacorum Edessenum ab Orodis filio distinximus, eo opus non habemus, vt in rectam redeamus viam.

## XII. Uolon ollo Manus Saphelul,

ad regnum peruenit Quintili A. P. I. 4686. cum A. Abrahae 1988. adhuc numeraretur. Dionyfus initia eius cum A. Abrahae 1990. committit et annos 28. menfes 7. attribuit. Illo rege Octauianus Caefar opprimendis factionum reliquiis et ordinandae reip. vacauit et A. V. C. 727. VII. Id. Ianuarias fummum imperium a S. P. Q. R. in decem annos, cum prouinciarum diftributione et Augusti nomine accepit. A. V. C. 727. incidit in A. Abrahae 1989. cum Edessae fae feptimum mensem regnaret Manus. Deinde M. Appuleio, P. Silio Nerua Cofs. A. V. C. 834. ad componendum orientis statum ab vrbe profectus Augustus, verem in Asia et Bithynia, aestatem in Syria egit, Sami hibernauit. (4) Interea Claudius Ti-

(4) Videatur Henr. Norifius in Cenotsphils Pifanis p. 292,

### E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. II. 93

Tiberius Nero cum legionibus ingressus Armeniam, ea in potestatem redacta, Tigranem Artauasdis filium regem fecit. Eo terrore perculsus Phraates rex, Parthorum figna P. Crasso et M. Antonio ademta captiuosque Romanos omnes studiose conquisitos re-Sic Dio Caffius et Cornelius Tacitus. Perftituit. suadente Thermusa, Phraates rex, qui eam expellicatu in matrimonium ductam mirifice diligebat, vocato in colloquium Tiberio, quatuor filios e legitimo thoro susceptos Saraspadem, Cerospadem, Phraaten et Vononem obsides tradidit. Magnam haec felicitas opinionem de Augusto apud orientis populos peperit. Quantum ea caussa Edesseni fuerint moti, qui Armenis Syriacisque rebus vicini erant, secum quisque reputabit, vt volet. Sub extremis annis Mani, Armeni instinctu Parthorum Artauasden regem a Romanis datum imperio exuerunt. Igitur Augustus C. Caesarem Agrippae ex Iulia filium cum potestate proconsulari ad bellum Parthicum misit. Profectus est in Asiam siue A. V. C. 752. exeunte, siue initio anni 753. vt Norisius et Pagius calculum iniuerunt.

# XIII. مكلته حز مكته Maanu bar

Maanu, Manus Mani filius. Dionyfius ad A. Abrahae 2018. eum annos fex regnasse foribit. Ex nostris rationibus regnare coepit A. Abrahae 2017. Februario mense, A.P.I.4715. A.V.C.755. Eo-M 3 dem

### 94 HISTORIA OSRHOENA

dem anno mense Maio, vt Norisius grauissimis argumentis demonstrauit, pax cum Parthis est inita. Quanta cum dignitate populi Romani et Caesaris Augusti gloria res gesta sit, Velleius Paterculus (5) istius expeditionis miles et obtrectator laudum Caefaris non disfimulauit. Tam varie, inquit, se ibi gestit, ot nec laudaturum magna, nec vituperaturum mediocris materia deficiat: cum rege Partborum iuuene excelfifimo (fic enim recte legitur) in infula, quam annis Eupbrates ambiebat, aequato vtriusque partis numero coiit : quod spectaculum stantis ex diuerso, binc Romani, illinc Partborum exercitus, cum duo inter se eminentissima imperiorum et bominum coirent capita, perquam clarum et memorabile (ub initia stipendiorum meoram tribuno militum mihi visere contigit : prior Parthus apud Caium in nostra ripa, posterior bic apud regem in bostili epulatus est. Si quod tempus fuit, quo ab Edeffenis Augusti vultus in numis signaretur, hoc Nullus tamen in hunc diem repertus. certe fuit. Neque adeo fractae fuerunt Parthorum vires, vt Edesseni Romanae potentiae adularentur. Iacobus Vildius quidem numum Augusti fignatum vultu infcriptumque KAI ... in auerfa autem intra coronam.  $E \Delta E \Sigma A I \Omega N$  ad Edeffenos in Mesopotamia refert, (6) fed eum numum nos non moramur. De hac re dicendi locus erit infra.

(5) L. II. c. 101. (6) in Selectis numi sustibu p.128.

EI-

Digitized by Google

## HISTORIAE OSRHOENAE ET EDESSENAE ENVMIS ILLVSTRATAE

## LIBER TERTIVS

De successione regum Edessenorum ab Abgaro Nigro vsque ad regnum Osrboenum euersum.

# XIV. ] - Abgar V chomo,

omnium Abgarorum longe clarissimum nomen, cum ob res gestas, tum ob sidem in Christum. Dionysius ait, eum A. Abrahae 2024. regnare coepisse Edessae et a Christo sanatum esse, regnasse annos XXXVII. mensem vnum. Vchami cognomen etiam apud Eusebium in epistola Abgari ad Christum olim exstitit. (1) Nam Russinus habet : Abgarus Vcbaniae filius toparcha et in codice veteri, Vcbame filius, in alio Euchame. Bongarsius putauit patris, Vale-

(1) H. E. L. I c.



96

fius matris nomen edi. Neuter rem tetigit, cum ante eos Ruffinus iam aberrasset, forte et ipseEusebius. Cognomen autem isthuc Vcbomo, Syriace fignificat Nigrum, quare Gregorius Malatiensis Arabice conuertit (ع) ابجر السود (Abgjoroffudo , Abgarus Niger, in epistola Abgari ad Christum. Idem ille Gregorius , ابجر ملك الرهما فيجما اسمة Abgjar, rex Robae, Phica cognomine, quod quid effet, Pocokius ignorauit, idcirco in versione praeteriit. Sed errat Abulpharagius, cum Abgarum Phicam fextum Edeffenorum regem cum hoc Abgaro Vchama con-Moses Chorenensis in historia Armenica fundit. (3) successionem regum Armenicorum confignauit, in qua Abgari genus ab Arfacidis ductum perhibet in hunc modum:

(2] p. 112, (3) L. I. c. 4. leq.



Aı	tasches Parth. r	ex f. Artauafde	s
I. Arschak S. Arsaces M. Parthiae et Armeniae rex		II Vagarschak f. Valarsaces Armeniae rex	
		Arscbak s. Ar meniae 1	•
	į, ·	Artasches s. A Armenia	-
I. Arscham s. Arsames Ar- meniae rex		II. Tigran Armeniae rex	
I Abgar Edess tex et Arme- niae		•	, ,
I Anam, f. Manus E- deffae rex, fine liberis	II Manus fra- ter Edessae rex	I Sanatruk Armeniae rex	II Sanadukt Joror
	Abgar, Edes- Jae rex	Artasches An nige rez	rme-

N

,

Ex

•

.

Ex his primus, Arschak Kagj seu Kadsch, Arsaces Strenuus cognomine. Filius eius Artasches duos habuit filios, primum Arschak, quem nostri Arsacem magnum vocant, auctorem regni Arfacidarum late per omnem orientem conditi.: alterum Vagarschak, cui Arfaces frater Armeniae regnum tradidit. Succeffere Vagarsacis filius Arsaces, et nepos Artafches. Hunc scriptores nostri Artauasden nominant, Iosephus Artabazen : hunc et Antonius triumuir, specie amicitiae illectum, dein catenis oneratum, postremo interfecit, vt C. Cornelii verbis vtar. (4) HuicArtauas di filius fuit Tigran. Tigranes auspiciis Cacsaris Augusti a Tiberio Nerone in regnum reductus est. De eo Cornelius Tacitus : nec Tigrani diuturnum imperium fuit, neque liberis eius, quamquam sociatis more externo in matrimonium regnumque. Filium filiamque Cornelium dicere vides. Dein iuffu Caefaris Augusti impositus Armenis Artauasdes : deiectus is est, non fine clade Romanorum. Igitur C. Caefar Ariobarzanem origine Medum votentibus praefecit Armenis. Sic iterum Tacitus, qui ad T. Statilium Sisennam Taurum, L. Scribonium Libonem Coff. A. V. C. 769 reges Armeniae fic recenset, vt cum Mosis Chorenensis narrationibus minime concordet. Sane neque Abgarum habet, neque Sanatrucem Armeniae reges. Et Suidae quidem Davaresxys Armeniorum rex corpore mediocri, animo ad omnia magno fuisse dicitur, tum bellator optimus et

• 1

2 1(4) Annal, L. II. c. 4.



95.

## E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. III. 99

et rigidus iustitiae custos, denique frugalis, vt si quis vmquam Graecorum aut Romanorum : at cuiustemporis ille fuerit Sanatruces exhoc fragmento iudicari nonpotest Phlegon Trallianus in Ολυμ. σιονικών συναγωγη, quamIofephusScaliger edidit, (5) adOlympiadis CLXXVII.3. Σανατεύην των Πάβθων βασιλέα τελευτήσαντα διεδέξατο Φραάτης δ έτσικλη θές Θεός. Nihilad hunc nostrum, nihil ad Suidae Sanatrucen. Vologaesum Sanatruci filium a L. Septimio Seuero Aug. bellum cum Parthis gerente Armeniam accepisse, Theodofius in excerptis Cocceianis (6) auctor est.Neque ille tamen quidquam ad haec tempora nostra. Nihil igitur mihi fit verofimilius, quam Arfamum, Abgarum, Sanatrucem, non toti Armeniae imperasse, fed inter hos tumultus sua quaedam regna in finibus Armeniae ad Mesopotamiam vergentis habuisse.

Ex paruo illo regno Abgarus Vchama ab Ofrhöenis euocatus, Edessae regnauit, ab A. Abrahae 2023. seu a Febr. A. P. I. 4721. vt nostrae ferunt ra-Mofes Chorenenfis eum annos XXXVIII. tiones. regnasse tradit, quod non multum abhorret ab Edesfenis monumentis, in quibus annos XXXVII. menfem vnum regnasse proditum est. Adde enim his aliquot menses, cum parti cuidam Armeniae a patre relictae praesuit, ita anni XXXVIII. facile conficientur. Sed haec accuratius confideranda funt. Mofes Chorenensis scribit, satrapas Armenos extremo Parthorum regis anno regem fecisse Arsamum Ab-N 2 gari

Digitized by Google

(5) p.336. confer Photium cod. 97. (6) P 854.

## 100 HISTORIAE OSRHOENAE

gari huius patrem : eumque primum per occasionem infantiae regis Parthorum a Romanis coactum, pro Armenia tributum contulisse et annos viginti regnas-Quem autem Arfauirum puerum Parthorum reſė. gem Moses Chorenensis commemorat, cuius aetato abusi Romani Armeniae tributum imperarint? Nempe nostri eorum temporum scriptores, regem Phraaten Orodis filium produnt, longaeuum admodum fenem. Verum hac nobis eundum est, vt in viam Orodes rex occifus est a Phraate fiincidamus. lio circiter ea tempora, (7) cum Herodes tetrarcha Tiberiaden in Galilaea condidit, hoc est, circiter A. V. C. 779. Interuallum eft, quod minimum sit, annorum LXII. quo ille Phraates regnauerit. Iam Phraates ille Orodis filius, (8) e triginta fratribus natu fuit maximus, vt haud longe a vicefimo anno abfuerit, cum eum pater successorem destinaret, cumque ipse occideret patrem. Quid igitur? Phraates ille XCII. admodum annosnatus occifus fuit a Phraatace filio? Non fit verosimile. Haec res nobis fuspicionem mouet, Romanos e duobus Parthorum regibus vnum fecisse Phraaten, atque alterum eorum a Mole vocari Arfauirum. Hunc Arfauirum Moses ait annos XLVI. regnasse. Si igitur A.V.C. 779. Phraates Graecorum et Romanorum scriptorum, Mosis autem Chorenensis Arsauirus esse desiit, vt supra dixi, sequitur, eum admodum adolescentem ad regnum peruenisse A. V. C. 733. eamque caussam finis-

. (7) Iofephus Antiquit, L. XVIII. 3. (8) Iustinus L. XLII. 4. Dio Cassius L. XLIX. p. 406.



### E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. III. 101

fuisse, vt Caesar Augustus anno post in Syriam proficisceretur. Quod si ita est, atque si Arsamus, Abgari pater, vt Moses Chorenensis testatur, extremo anno Phraatis illius superioris, qui Orodis suit filius, regnare coepit in Armeniae aliquo angulo, fequitur, Arfamum inisse principatum A. V. C. 732. et duobus post annis a Claudio Tiberio Nerone exa-Aum fuisse tributum ab Armenis. Fuisse autem admodum adolescentem Arsauirum Parthum A. V. C. 734. cum Tiberius Armenis infultaret, ex Velleio Paterculo (9) etiam mihi videor intelligere. Is ita ait : C. Caefar cum rege Partborum iuuene excelfissimo in insula, quam amnis Eupbrates ambiebat, coiit. Hic se putat Iustus Lipsius emendare verissime, iuuenis excel sifimus, veluti ea verba C. Caefari adiungerentur. Si Velleium videas, emendatio videbitur haud paullo violentior. At, ille Phraates, inquit Lipsius, annorum et regni vetus fuit. Enimuero hoc a nobis in controuersia ponitur. Inter auspicia illa regni, quae supra constitui, et A. V. C. 757. initum, quo anno C. Caefar cum illo excelíistimo iuuene collocutus est, intercedunt anni tres et viginti. Fuerit tum etiam quadraginta annos natus iuuenis, fequitur A. V. C. 733. cum regnum adiit, annorum feptemdecim fuisse. Vere igitur, vt Moses Chorenensis refert, puer admodum rerum potitus est. Patefecimus nobis viam ad Arsami Armeni aetatem suis temporibus inferendam. Si vero A. V. C. 732. N 3 prin-

(9) L. II. c. 101.

102

principatum in Armenia obtinuit Arsamus, vicesimus annus eius in regno feu principatu cum A. V. C. 751. aut A. V. C. 752. terminabitur, Abgari filii primus annus in regno Armeno inibit A. V. C. 752. Hoc pulcre videtur cohaerere cum eo, quod ille Chorenensis scribit, anno secundo Abgari totum terrarum orbem fuisse censum et censores ab Augusto in Armeniam missos imaginem eius in delubris deorum Id puta eum dicere, anno secundo Abdedicasse. gari Vchamae Christum esse natum. Hoc nimirum ita plane est, si Dionysium Paruum sequamur, cuius A. C. 1. incidit A. V. C. 754. a quo tempore orientales non multum discrepant, vt dicam postea. Tam magnifice instructam scenam nostram, alia iterum turbant et vnum praecipue quod Moses Abgarum annos XXXVIII. regnasse tradit. Nam, si solos annos regni Armenici enumerare voles, longe infra tantum calculum te consistere oportebit, sin Armenici regni annis annos Edeffeni regni adiicis, anni XLVI. et amplius exibunt. Quantum humana mens in hac caligine prouidere poteft, id quidem est vnum, quod sobrie cauteque coniectari licet, Abgarum patri Arfamo in regno Armeno plane A. V. C. 752. fuccesfisse, a Mose tamen annos tantum Edesseni regni prodi, in quo fane Abgarus XXXVIII. annum ingreffus decessit, quod fallere Mosen potuit, vt integros octo et triginta annumerarit.

Quod praeterea Moses Chorenensis habet, Abgarum Edessam Tiberio imperante condidisse, hoc etiam Nierses Claiensis in Armenica historia prodit. Sed hicNierses nihil egit, quam vt Chorenensem illum

### E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. III. 103

lum transcriberet in carmen. Graecus quoque interpres testamenti Ephraemi Syri, (10) fimile testimonium tamquam ex ore sanctissimi viri adsert, nihil autemeiusmodiinSyriacoEphraemitestamento reperiri doctiffimusAffemannus testatur.(1)Restauratam ab hoc Abgaro vrbem fuisse et auctam templis, delubris, fimulacris deorum, bibliotheca et tabulario non inuitus Mosi crediderim. Nam bibliothecamEdeffae fuisse celebrem, satis constat. Moses Chorenensistestatur inter eos auctores, ex quibus Historiam Armenam concinnauit, etiam libros fuisse tum Graecos tum alios, quos Edeffae euoluerit. Inde etiam Eufebius Pamphili sua quaedam repetiisse se declarauit. At cum scribit Chorenenfisille, Abgarum aedificaffe vrbem eo in loco, vbi quondam Armeni transitum Euphratis contra Craffum tutati funt atque isthic sedem regni constituisse, mox autem adiicit, exstitisse quidem vrbem iam antea, sed Mezbin fuisse vocatam, in his error non coniectura, sed oculis tenetur.

Quod reliquum est, de Abgaro ex Mosis sententia summatim exponam. Cum Arseuirus in Parthis sex et quadraginta annos regnasser, decessit, et filios reliquit Artaxerxem, Carenum, Surenam, siliamque Cosmam. Inter filios de regno sure dissida, quae Abgarus in Parthiam prosectus ita composuit, vt Artaxerxes patri succederet, ceteri ex hereditate acciperent prouincias. Apud Parthos morbo contracto infanabili, rediit, summosque viros legatos mi.

(10) T. III. p. 292. (1) T. J. p. 141.

misit ad Marinum proconsulem, qui excusarent pro-Hi cum Hierofolyma transfectionem in Parthos. irent Christum adiere. Cum deinde Thaddaeus Edesfam venit, missus ab Abgaro est etiam ad Sanatrugum et sororem eius Sauadúctam, vt eos'quoque ad religionem veri numinis conuerteret. Mira in toto hoc negotio scriptorum dissensio est. Eusebius (2) Abgari regis morbum tantummodo tradit, Saydy & i Depaweutdy grauem et sine curationis spe fuisse. Cedrenus (3) in Parthis contractum refert : articulorum dolores fuisse et lepram nigram, quae ita deformarit vultum, vt prae pudore turpitudinis neque domo exierit, neque cuiquam se praebuerit cernen-Podagram suisse, Procopius Caesariensis dum. quoque, (4) cumEdessae versaretur, fama hominum ferri cognouit. ConstantinusPorphyrogenneta (5) Cedfeno plane concinit, tum de arthritide, tum de lepra nigra et turpitudine vultus. Et haecquidem extrema cum Syriaco cognomineAbgari conueniunt: Vcbomo enim Nigrum fignificat : fiue id nominis ob morbum regi datum fuerit, fiue ex nomine fama talis morbi manauerit. Illo morbo cum adfligeretur Abgarus, qui omnem medicinam respueret, audito quantum effet nomen IESV CHRISTI quaeue miracula exstarent, Si e o15020068 per tabellarium, ve hab et Eusebius, litteras ad eum misit, quas Eusebius in rabulario Edesseno repertas ex Syriacis fecit Graecas. \* Epi-

. 104



<sup>(2)</sup> H. E. L. I. c. 13. (3) p. 176. (4) de B. P. p. 118. ed. Parifinae (5). In historia de Christi imagine Edessena p. 78. (\*) Vide de iis étiam Io.Ernegum Grabium, Prussiae meae decus, in Spicilegie Patrum I. Sesuli,

### E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. III. 105

## Epistola Abgari.

Αβγαρος τοτάρχης Εδέσης Ιησέ Σωτηρι άγα9ωαναΦανέντιέν τόφωΙεροσολύμων χαίζειν.

Ηκυσαί μοι τα πεεί os is in Two ow landτων, ώς άνευ Φαρμάκων η βοτανών, ύτος σε γινομένων. ώς γάς  $\lambda \delta \gamma \delta s$ ,  $\tau u \Phi \lambda \delta s d v a B \lambda \epsilon$ παν ποιάς, χωλές πε-ભાજ્ય તમાં તે દાજી છે સ્વταείζεις η ακάθαετα πνέυματα η δαύμονας **ἐ**κβάλλης η τθς ἐν μα· κοονοσία βασανιζομένες שברמשבטנוק א עבארט לγάρας. η ταῦτα πάντα άκεσας πεβίσε, κατάνεν έθέμην, το έτεροντων δύο. א טדו סט א ט שנט, א אמταβάς άπό τῶ έ κανδ ποιῆς ταῦτα, ή ὑιός ễ τῦ Αεῦ, ποιών ταυτα.διά τθτοτοί-VUY Yeá Yas, ¿SEN SHY JU Αος έ ἔχω θεβασεῦσαι. κ

Abgarus Toparcha Edessae Iefu Seruatori bono, qui apparuit in loco Hierofolymorum, salutem.

Audiui de te tuisque curationibus morborum, vtpote quae a te sine medicamentis et berbis peraguntur. Nam, quae fama est, caecis visum restituis, claudis gressum leprosos mundas et spiritus impuros daemonasque expe lis et diuturnis morbis vex<sup>a-</sup> tos sanas et mortuos excit<sup>as</sup> Et baec omn<sup>1</sup>a in vitam. audiens de te, animo meo a<sup>l-</sup> terutrum ex duobus subieci» fiue quod deus fis et de cael<sup>o</sup> demissus talia perpetres, siue quod dei sis filius talia saciens. Idcirco ob banc causfam ad te scribo oroque te, vt me inuisas, morbumque, qui me babet, sanes. Nam accepi etiam, Iudaeos tibi obσκυληναι πεός με η τὸ πά- trectare et te aliquo ma-

0



Yal

#### HISTORIAE OSRHOENAE 106

σε. πόλις δε μικροτάτη μοί έςι κ σεμνή, ή τις έξαρκη άμΦοτέροις.

γαρ ήμυσα, ότι η Is- lo adficere constituisse. Vrbs δαιοι καταγογγύζεσι mibi est parua admodum et σε η βέλονται κακώσαι bonefta, quae nobis otrisque fufficiet.

## Epistola Christi.

μακάθιος Abyace, e, πιςεύσας έν έμοι, μή έωραχώς με. γέγρα τα ταμ γάς περί έμθ, τύς έωβακότας με μή πιςεύσειν μοι, ίνα οί μη έως ακότες, αυτοί πιςεύσωσι κ περίδ' έ έζήσωνται. γραψάς μοι, έλθ είν πρός σέ, δέον έςι πάντα δια α σες άλην, ένταυθα πληρώσαί με. η μετά το πληρώσαι, έτως αναληΦ9ήναι πρός τον απος κλαντά με η έσσα-Sav avaly 0.9 , d = 0.σελώ σοι τινά τών μα-**9**ητῶν με, ἵνα ἱάσηταί συ το πάθος, η ζωήν σοι η τοίς σύν σοι παeixnray.

Abgare', beatus es, qui in me credis, quem non vidisti : scriptum enim est de me, eos, qui vifuri sint me, non credituros mibi, vt qui non viderint, ipsi credant et De eo autem, quod viuant. scripsiti mibi, vt ad teproficiscerer, necesse est, omnia, propter quae missis sum, bic me implere. Post vbi impleuero, oportet me suscipi ad eum qui me misit: vbi vero fusceptus fuero, mittam tibi aliquem ex discipulis meis, vt tuum morbum sanet et vitam tibi tuisque praebeat.

In

In epistola Abgari a Constantino Porphyrogenneta Imp. edita, sub finem haec praeterea exstant: vs natowar ir dehrn ir dut j, ut ambo eadem in ciuitate cum pace viuamus. Et in altera Christi : λ ποιήσι τη πόλι σε το ίκανον, προς το μηδένα των έχθεων κατιχύσαι autn, tuaeque cautionem vrbi praebebit (discipulus meus) vt aduersus illam bostes valituri sint nulli. Abulpharagius (5) vtramque epistolam Arabice produxit: et in illa Abgari, lacinia Constantiniana exstat, in altera Christi extrema defunt. Procopius Caefariensis, cum de his epistolis commemorauit, (6) adiecit huic loco, famam esse, exstitisse in epistola Christi illa, inexpugnabilem vrbem fore, 7870 795 έσιςολής το ακροτελεύτιον οι μέν έκεινε το χρόνε την ίςορίαν ξυγγράψαντες έδαμη έγνωσαν. έ γάρ έν έ-Séwy durs'éwennygyoar. bog postremum epistolae caput bi qui istius temporis bistoriam (cripferunt, nequa-'quam cognouere, neque enim vsquam eius mentionem iniiciunt.(7)Edeffeni tamen, vt is ait, hoc caput in epistola repertum contendebant, eamque epistolam in portu vrbis dedicauerant, tamquam Duhantneov. At Procopius, vrbem, cum in Parthorum tum in Romanorum potestate suisse oftendit, quamquam is locus Procopiiadhuc mutilus est, atque eo iudicat, scripta ista a domino deoque nostro non fuisse, at cum vulgo vrbs crederetur in tutela Christi esse, Procopius censet, simplicitati pietatique ciuium hanc vel falsam opinionem falu-**O** 2

(5) Hist. Dynastiarum p. 112. 118. (6) p. 118. (7) Nicephorus Callisti haec etiam reiicit H. E. L. XVII. c. 16. confer L. II. c. 7. falutarem saepe fuisse. Eundem in modum Euagrius (8) Eusebii auctoritate nisus, ista quidem vt vana et commentitia respuit, ceterum Procopii quoque ingenio et opinione iudicat de fama. Franciscus Combefisius quidem, (9) integra monumenta Euagrium non vidisse asserit, et ab Eusebio fuisse deceptum: at velim, si viueret Combefilius, ipse secum statueret, quando Edessam sacpe ab hostibus captam hoc ipso in libro demonstramus, malitne Eusebio et Procopio, qui non vnum Eusebium videtur secutus, Eusgrioque fidem accommodare, an assentando Edessenae plebi, Christum infimulare tamquam fidei non seruatae. In S. Ephremi testamento Graeco, quod Dionysius Vosfius edidit, exstant sane etiam ista: at incomparabilis Bibliothecae Orientalis auctor oftendit, plurima in eo corrupta et deprauata esse, neque hanc de Abgaro historiam in Syriaco Ephremi testamento reperiri. (10) Ita tantummodo Ephremus: Benedicta ciuitas, in qua babitatis, Edessa (apientum mater, quae ex ore viuo Filii benedictionem per eius discipulum accepit : illa igitur benedictio maneat, doneç Sanctus appa-Annis centum et trigints postEphremumIorebit. sua Stylites historias suas condidit. Is iam veluti rem testatam et illustrem tradit non vno loco, Persis fuisse persuasum, cam Christi fidem Abgaro datam : Vrbs دكركك فهوا بربك وبعلابيا لا بستلت به لعلم tua benedicta, cui bostis non dominabitur in acternum. Sed quis dubitabit , Eusebium fincerioribus tabularii Edesseni monumentis fuisse vsum, quam qui tantò

() H. E. I. c. (9) In Originibus CPlitanisp. 105. (10) T. L. p. 141. 262.

## E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. III. 100

to post tempore, memoria contaminata, scripsere. Immo etiam Eusebium sunt qui hoc toto in negotio fidei nimium ad vana procliuis accufant, quos fecum confiderare velim, quanta moderatione animi haec vniuersa prodiderit. Legebat ista in tabulario Edesfeno, dissimulanda non duxit, fidem, vt apparet, fic fatis mediocriter adhibuit. Et epistolam quidem Christi, Gelasius P. R. vt vulgo putant, ev a woκρύΦοις recenfuit :Bellarminus Cardinalis aliique fuperioribus aetatibus vo9 sias postularunt. Nihilo minus Gregorius Papa ad Leonem Isauricum Imp. cenfuit, Christum scripsisse epistolam idioxéeus manu sua, quod in Gregorio atque in istis temporibus quis miretur ? at Guilielmum Caueum, talem virum, pro ea potuisse leuissimis argumentis decertare, miracu-Omnes omnium sententias et discelo fimile eft. ptationes operose conquirere, neque ingenii est nostri, neque instituti. Placet Assemani summi viri atque accuratissimi sententia : extitisse quandam inter Christum atque hunc Abgarum mutui amoris consociationem, fortassis etiam adDominum Abgari litteras potuisse perferri, at mandata Christi nulla fuisse scripta, legatum, quae audiuerat, scripto retuliffe.

Eusebii εσιςολόΦορον Cedrenus ταχύδρομον, nomine Ananiam citat, eodem nomine Constantinus Imp. et Malatiensis. lidem illi tres pictorem fuisse Contra, vt Moses Chorenensis legaconsentiunt. tum scribit suisse ad Marinum Procos. Syriae, ita Constantinus in Aegyptum : Αύγαρος τῶ τῆς Αιγύ- $\pi \tau \mathbf{s}$ 

0 2

1. Jara

Samera

### HISTORIAE OSRHOENAE

πτυ ἐξηγυμένω Φίλος ỳ γνώςιμος ἦν, ½ παξ ἀλλήλοις δι ἑκατέ ζων ἐΦοίτων διάκονοι, Augarus cum Aegypti praetori amicus notusque effet, eo mutuo se coluere legationibus mittendis. Hic vero Conftantinus ait, Annaniam, dum per Palaestinam peteret Aegyptum, in Christum incidiste atque inde redeuntem, negotio accuratius cognito confideratoque auctorem fuisse Abgaro quaerendae a domino falutis.

Id nunc agamus, vt haec, quae ex hiftoria Mosis Chorenensis narrauimus, ad certas temporum rationes exigamus. Iam, fi Abgarus A.V.C. 779. Seleucidarum 338 in Parthia fuit (is erat annus Christi Dionysianus 26 ) et ex Parthia reuersus legatos misit ad excusandam apud Romanos profectionem suam, verosimile est ; eos Christum conuenisfe circiter A. V. C. 780. Seleucidarum 339. qui est fecundum Dionysium Exiguum Christi 27. Velim autem confiderari, Dionyfium seu quinque annis,vt Petauius censuit, siuc sex annis, vt Pagius verosimillimis argumentis constituit, a vero anno aberrasse, vt annus Dionysianus 27. reuera suerit A. C. Sic ad extrema vitae legatos Christum 32. seu 33. conuenisse apparet. Gregorius Malatiensis venisse scribit anno decimo nono Tiberii, qui fuerit annus Alexandri trecentesimus quadragesimus secundus, is ipse, quo passus est Christus. At idem ille Gregorius et Andronicus, quem is sequitur, Eutychius Alex-**2n**-

andrinus, Dionyfius Telmariensis, Georgius Elmacinus et Chronicon Edessenum omnisque veterum Syrorum et Arabum turba Christum natum produnt anno Edesseno siue Seleucideo 309. Ita suerit Christus anno suo 34. et Dionysiano 31. passus, vnde annus Tiberii 19. quatuor annis ad decimumquintum Tiberii, quo Christus baptizatus est, adiectis efficitur. Sed in actis Abgari e tabulario Edeffeno subscriptum fuit, vt Eusebius testatur, ewgay 9y raura τεσσαεακοςῶ ή τριακοσιοςῶ ἔτη A. Sel. 340. vt Valesius locum restituit. Is annus Edessenus sub autumno anni Dionyfiani 28. coepit, qui erat secundum Petauium 33. secundum Pagium 34 annus Chri-Et loquitur scriba hic Edessenus non tam de lefti. gati ad Chriftum, quam de Thadaei ad Abgarum aduentu. Haec igitur satis inter se cohaerent. Ouod autem Moses Choronensis habet, ad Marinum proconfulem Syriae venisse legatos Abgari, id admodum haeret in falebra. Iulius Marinus e vetustissimis familiarium Tiberii, in Syria nunquam fuisse videtur : nec quisquam alius eo nomine Syriae praesectus ex-Vereor ne quid humani fit passus Moses Choftat. renenfis, et cum apud S. Lucam Syriae praefidem Kuenvior legeret, quem vulgata Cyrinum edidit, vt quidam codicesGraeci Kugavov, Romani P. Quirinium nominarunt, eum crediderit perpetuum suisse vsque adexitumChristi, nomen autem deprauauerit, vt effet Marinus. Contra ea non fic accurate tenemus Syriae praefides, vt non vacuus inserendo Marino aliquo fit locus. L. Pomponius Flaccus vir consularis (4)

(1) Cn. Sentio Saturnino in Syria fuccessit propraefes, circiter A. Dionyfianum 22. A. C. 33. A. V. C. 786. vita defunctus in propraetura Syriae, vt Tacitus vocat, (2) fuccessorem habuit L. Vitellium A. Vitellii, qui postea imperauit, patrem. Propraefes tantum suit, quod praesidum dignitas penes alios in vrbe effet. In his fuit Aelius Lamia, qui administrandae Syriae, vt ait Tacitus, (3) imagine tandem exfolutus, Vrbi praesuit, genus illi decorum, viuida senectus et non permisa prouincia dignationem addi-Potuit igitur aliquis Marinus praeses ad Vrbem dit. fuiffe. Sed verofimilius est, errasse Mosen et legatos Abgari veniffe in Syriam ad L. Pomponium Flaccum propraesidem. Si modo legati in Syriam funt missi, nam ConstantinusPorphyrogenneta ad Aegypti egyysuevov legatos Abgari commeasse scribit. Eusebius de legatis omnino nihil, cuius, vt Edessenis in monumentis haud minori fide versati, quam in aliis, ita ad memoriam vetustistimi, maior apud me esse debet auctoritas, quam ceterorum omnium, qui fecundum eum rem magnificis extulerunt verbis.

Sunt deinde alia quoque, quae Eusebius ignorauit, multi secundum eum satis magno interuallo prodiderunt. Hananum legato suffe nomen, pingendi artem coluisse, mandata habuisse ab Abgaro, vt Christum dilucidis coloribus pingeret in tabula: inuenisse dominum cum populo dissertem in agro, ergo in accliui loco, vnde eum conspicere omnino poterat, linea-

(1) Iofephus L. XVIII. 8. (2) Annal. VI. 27. (3) l. c.



lineamenta diuini oris ducere coepisse in charta, cum per Thomam, vt accederet, vocatus est ; tradidisse illico epistolam, et cum mandata, tum imaginem Christi accepisse perferrenda ad regem. Nam Chriftu mipfum aqua lauasse faciem et humorem χαρομάκ- $\tau_{CW}$  abstersisse, illa autem in mappa totius formam vultus fuisse expressam. Ita ConstantinusPorphyrogenneta in oratione de imagine Edeffena. Quamquam enim sunt, qui Constantini Imp. eam orationem esse negant, tamen vel Francisco Combefifio concedere possum, esse, vel meo iudicio alteri cuicumque tribuere, qui Imperatoris iussu scripferit, erant enim cum eo multi, quorum ingenio delectabatur, nihil vt vel opis vel detrimenti alterutra ex opinione nobis hoc in negotio accedat. Gregorius Abulpharagius, item vtImperator, de legato pictore atque de imagine نی مدید *in judario*. Alii fere έκμαγθον dicunt, quod interpretum nonnulli imperite sudarium edidere, in quibus fuit Iacobus Goar, quem idcirco Combefifius reprehendit. Eft enim nihil aliud, quam duto tsto, effigies : quare Cedrenus et Ioannes Curopalata eius loco entúwuna Ita Philo Iudaeus (3) Adamum της μακαposuere. ρίας Φύσεως έκμαγθον η ασόσωασμα η ασαύγασµa dixit. Idcirco Orientalium epistola Synodica ad Theophilum Imp. (4)  $\tau \delta \epsilon \kappa \mu a \gamma \tilde{H} \delta \nu \tau \tilde{\eta} s \delta \gamma \delta a s \mu o c \Phi \tilde{\eta} s$ έν σεδαgiu, vt dubitationis nihil remaneat. Notisfima P de-'

(3) περί κοσμο το olías p. 33. ed. Paris. (4) ed. Combef et in Michaelis Lequieni operibus Ioannis Damasceni T. I. p. 631.

## 114 HISTORIAE OSRHOENAE

deinde est appellatio, axugo wointos Sua und et n azucowónytos tantummodo, vt Gregorio Papae in epistola ad Leonem Isauricum aliisque, Euagrio Scholastico Secteuntos enwir. Sed reuertamur ad Constantinum Imperatorem. Ananiam igitur tradit, imaginem Christi, Hierapolin (5) vt aduenit, inter aceruum tegularum recondidisse, sub mediam vero noctem ex his ruinis primum flammam emicuisse, mox tantam vim incendii visam cooriri, vt oppidani sibi rebusque suis metuent'es, portis se effuderint in circumiectum agrum. Ananias auctor tantae calamitatis in forum vocatus, ciuibus, qui effet, quodue maleficium, qua iniuria lacessitus, vrbi intulerit, quaerentibus, iter suum et quae deinceps acciderant, exponit. Adeunt omnes ardentem aceruum, imaginem extrahunt illaesam, et tegulae vni eandem vultus divini formam coloribus iisdem impressam reperiunt. Tegulam, in qua erat iam altera αχερωσοίητος, homines gentiles, veluti quoddam deorum palladium in vrbe sua dedicarunt : imago in linteo missa est Edessam. Hierapoli tegulam illam suis temporibus in honore atque veneratione fuisse is ipse Constantinustestatur, qui tamen etiam alteram narrationem subiungit, # superiori penitus diversam. Christum, cum paullo ante mortem deo patri supplicaret in horto et maximis in animi cruciatibus sudorem sanguine permistum effunderet, laciniam a linteo discipuli rescissam. ab-

(5) τη μέν Σαβαηνών Φωνη Μεμμίχ viri reporme Μεμβίχ vi sit air air air Mambugj.

### E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. III. 115

abstergendo sudori adhibuisse, eam deinde referentem lineamenta vultus sui Thomae apostolo dedisse, qui hoc pignus sui amoris per Thaddaeum mitteret ad Abgarum regem. Thaddaeum Edeffae apud Tobiam Iudaeum diuertiffe, multos ciuium curaffe, yt a morbis conualescerent, reque ad Abgarum per Abdum (6) nunciata, Thaddacum in aulam vocatum Venit eo Thaddaeus, effigiem ageno wolntor fuisse. in sublime elatam fronti praetendens. Ea autem imago radiis refulgens lucidiffimis, adeo perculit Abgarum, vt, qui antea folutis morbo membris defixus fuerat lecto, inde profiliens in occurfum miraculi, effigiem capiti, oculis, manibus, labiis cunctisque corporis membris imponeret. Ceffit lepra, folain fronte vestigia mali relicta. Eodem miraculo alios deinde sanatos referunt, praesertim eum, qui primus famam de Christo ad Abgarum pertulerat, podagra leuatum : Abgarum cum coniuge liberisque et tota domo baptizatum, istius quoque vestigium maculae et turpitudinis in fronte amisisse. At Cedrenus, quem supra testem produxi, Abgarum scribit, post epistolam a Christo receptam, sanitati restitutum suisse, macula vna in vultu relicta, quae in baptismate fublata fuerit. Profecto, nisi lapides sumus, et si quid humanae mentis nobis relictum est, vbi alterutram narrationem alterius tanto discrimine conculcatam P 2 cer-

1 4

(6) Est in Constantino; διά τινος των αυτώ δυνας ων Αμ. δύ καλυμένυ, vbi lego Αξδύ, vt nomen sit Syriacum, et ita vt apud Eusebium exstat: est enim litterarum illarum in MSStis quibusdam forms minime diffimilis, quod Combessium fefellit cernimus, et alternis suspicionibus mutuo se conuellere vtramque, necesse est, vt ad certa magis auctoritatum testimonia confugiamus. Nam Constantinus non dissimulat, rumores se hominum sequi et famam, quae

Mobilitate viget viresque acquirit eundo, Parua metu primo, mox sese attollit in auras, Ingrediturque solo et caput inter sidera tollit.

Imperator autem, vt superiori narrationi plus tribuere videtur, quando illa fere plurimorum opinio fuit, tamen, ne alterius opinionis atque famae dissimulatione alteri fidem quaesiuisse videretur, vtramque se subjicere scribit. Et vtrique vero diffidens, sapienter dixit : κ πάντως έδεν θαυμαζον, έν τοσέτω χρόνω πλαναδοθαι πολλάκις την isopiar, neque plane mirari nos oportet, tanto temporis decursu bistoriam saepenumero a veritate aberrare. At Eusebius Caesariensis, qui Acta Edessena ex Syriacis secit Graeca, nihil de imagine. Tantummodo qui alteram narrationem Constantini ediderunt, in quibus funt auctores epistolae Synodicae ad Theophilum Imp. multa admista habent ex Eusebio. Quare quae hic in tabulario Edesseno legerit, cognoscere iuuat. (7) Postquam dominus deusque noster ad Patrem sublatus eft, Iudas Apostolus, qui etiam Thomas, Thaddaeum misit ad Abgarum. Is diuertit apud Tobiam Tobiae filium (Iudaeumopinor, vt multi erant Edessae Iudaei) multisque miraculis populo ante, quam regi CO-

(7) Hift. Ecclef, L. I. c. 13.



cognitus est. Abgarus, vt, quae in vrbe fierent, accepit, eotum, quae ad se Christus mandata miserat, recordatus, primum Tobiam vocat, a quo vt de hospitis diuina virtute accepit, Thaddaeum ipsum Consederat Abgarus rex inpostridie adesse iussir. ter proceres, cum Thaddaeus ingreditur, cuius in vultu ὅραμα μέγα ἐΦάνη τῶ Αγβάρω magna res vila eft Abgaro. Occurrit igitur Abgarus & προσεκύνησε bumi le prostrauit, quod ipsum Romani, cum de Asiaticis moribus loquuntur, adorare dicunt. Mirantibus proceribus, qui nihil eiusmodi in vultu Thaddaei fenserant, quid ita rex se ad pedes hominis abiiceret, Abgarus ex Thaddaeo quaerit, missus ipfe effet a magistro suo: Thaddaeus adesse fe eius iusu, vt credenti omnia ex voto faceret. Oftendebat sefe credere Abgarus et bello se persecuturum fuisse Iudaeos, qui tantum scelus ausi sunt, nisi potentiam Romanorum respiciendam effe iudicasset. At Thaddaeus mitigato regi adsentientique euangelio manus imponit, quo facto Abgarus fanitatem recepit, recepit etiam Abdus Abdi filius podagra laborans, multique alii a morbo refecti. Postridie praesente rege Thaddaeus in totius populi concione praedicationem peregit : aurum argentumque quod rex ei dari iufferat, rejecit. Eusebius cum paullo post (8) Thaddaei memoriam iterum iniecisset, addit, inde ab eo tempore totam Edessenam vrbem Christiano nomini deuinctam, i το τυχον έσοιΦερομένην δηγμα της  $\mathbf{\tau} \widetilde{\mathbf{x}}$ P 3

(8) L. 11, c. 1.

τε Σωτήρος ήμων ές αυτές ευεργεσίας, non vulgareexemplum Seruatoris nostri in eam beneuolentiae consecutam. Haud ita sum infans, vt, quando etiam ista Eusebius trecentis post annis, subtimide et nequaquam pari cum ceteris, quae ex euangeliis et Actis Apostolorum adfert, fide referre se ostendit, ego prorsuseum in modum gesta dictaque consentiam. Imaginis autem non modo non in Eusebii Actis Edessenis, sed neque in S. Ephremo neque in alio aliquo Syrorum scriptorum veteris aeui memoria vel vestigium exstat. In Actis Concilii septimi primus profertur suctor Eugrius. (9) At is ipfe Eugrius post istum annum, quo inuenta est imago scripsit, vt infra referam.Ioannes Damascenus (10) veterem samam esfe scribit, Auyacov the Edécons avanta legatos ad Christum misisfe, qui ad se inuitarent: sin renueret, vt per pictorem pingendum curarent : at Christum ro banos suo vultui admouisse et cum expressa imagine misisse ad regem. Constantinus Imp. narrat praeterea, fuisse apud Edessenos statuam cuiusdam dei impurae superstitionis ante publicam vrbis portam, cui, qui in vrbem intrarunt, supplicarint et vota fecerint : hac sublata, Abgarum Regem eo ipío loco The dy Heowoinrov afferi agglutinatam ornatamque auro dedicaffe, hoc cum titulo aureis litteris

### ΧΡΙΣΤΈ. Ο. ΘΕΟΣ ΕΙΣ. ΣΕ. ΕΛΠΙΖΩΝ ΟΥΚ. ΑΠΟΤΥΓΧΑΝΕΙ. ΠΟΤΕ.

prae-



<sup>(9)</sup> p. 313. ed. Hard. (10) De Imaginibus p. 320. ed. Lequieni. Ex co for taffis Nicephorus CPlitanus Patriarcha in Antischetico. vid, Bern. Montfauconii Bibliotheca Coisliniana p. 143.

## E NVMIS ILLVSTRATAE LIB. III. 119

praeterea sanxisse, vt qui per eam portam ingrederentur, pro deo impuro adorarent imaginem: mansisse autem religionem, quamdiu tum ipse regnauit, tum filius paternae pietatis haeres : at nepotem ad daemonas defecisse et imagini infidiatum, eius in loco deos suos reponere constituisse : itaque episcopum, vt, quae rex animo agitaret, resciuit, locum, vbi imago erat dedicata, contra iniuriam muniuisse. Erat autem sub fornice portae collocata : in ea, vt ait Imperator, episcopus proxime imaginem lampadem, circum vero tegulas reposuit, et coctis lateribus caementoquetotam fornicem obstruxit. Repertameain porta imaginem A.C. 540. tradi, dubium est nullum, vt dicam suo loco, cetera Constantini, quae ad verustatem pertinent, sola Edesseni populi opinione nituntur, et es quidem cum inter se discrepante, tum abhorrente ab actis Edessenis Eusebii. Quare quid iis fieri velit quisque, mea nihil refert : distimulare rem celebratam multis fermonibus non potui. Nicephorus Callisti Xantopulus (1), postquam narrationem de pictore Edesseno et de linteo, cui imaginem Chriflus impresserit fnam, paucis verbis peregit, fubiecit, etiam Perfarum quendam regem manu ingenioque promptum suisse, qui similem in modum imaginem Christi & Ocotóns impetrauerit. Tum demum, fic ait reperiri in tabulariis Edessae ciuitatis et in libris de Augari vita ex Syriaco translatis Grae-Dicam de his strictim, quid sentiam. Exstite ce. re, qui Abgarum dixerint Persarum regem: Nicephorus, cum fine nomine Abgari ab aliquo hanc ipfam rem

Digitized by Google

(1) H. E. L. II. c. 7.

rem referri videret, credidit diuersam edi. Quae in tabulariis Edessenis prodita suerint publica auctoritate ex Eusebio cognouimus: vita illa Abgari Syriaca recentior suisse videtur.

Scio Procopium (2) fic tradere, hunc Abgarum Romam veniffe atque ab Augusto Caefare perhonorifice esse acceptum. Abgarum quidem, postquam diu apud vrbem egerat, incredibili desiderio patrii regni flagrasse, attamen discedendi potestatem impetrare non potuisse. Igitur ille in suburbano agro multas feras viuas cepit, humumque, in qua vnaquaeque lustrum habuerat, effodien-Inuitato deinde in Circum Augusto, dam curauit. hos viuos caespites per interualla in harena disposuit ferasque e carceribus emisit: ita autem accidit, vt fuum quaeque fera caespitem agnosceret atque in eo Abgarus iam inde exoríus a patrii íoli recubaret. etiam in bestiis amore et desiderio, sermonem adse flexit, Augustumque deprecatus est, vt se ad suos redire pateretur. Vt discedendi potestate facta Edesfam venit, Iwwoolounov Augusti aedificauit, ciuibus nouitatis cupidis, λύτσην τε αζήμιον η χαράν απερ-Sỹ dolorem animi sine damno, gaudium sine lucro ab Augusto se referre interpretatus. In qua narratione omnia incerta sunt. Vereor, vt vmquam Romae fuerit Abgarus. Credo magis, fi quid veri infit, Abgarum Manum Mani filium, qui Antonino Pio imperante in Vrbem venit, tale aliquod commentum repe-

(2) p. 117.

perisse, quamquam illa ferarum sagacitas cothurnum magis quam incorruptam historiam decere videtur.

Et Abgarus quidem quanto obnoxior erat Parthis, tanto plus Romanos reformidabat, praesertim cum in expeditione Germanici Caesaris, orientis regiones erectae effent exspectatione rerum nouarum Strabo (3) sub initiis Tiberii, Aet virtute iuuenis. rabas, quo nomine Edessenos saepenumero comprehensos fuisse a scriptoribus, supra tradidi, ad totam vlteriorem Euphratis ripam, eorumque regulos, vsque ad Babylonem, tum Romanis adhaerescere auctor est, tum Parthis, prouti hos aut illos propius contingant. C. Cestio Gallo, M. Seruilio Rufo Coff. A. C. 35. vt in epistola consulari Henricus Norifius confirmatum dedit, Parthis magnas res et longa bella seminantibus, Phrahates ex Arsacidarum genere Romae obses,a Tiberio ad paternum fastigium accingitur et mox Phrahate fatis absumpto, Tiridates eiusdem sanguinis in Parthos, Mithridates ex Iberia in Armenos mittuntur, L. Vitellio, qui proximo anno consul suerat, his rebus moderandis praefecto et Mesopotamiam ex opportunitate inuasuro. Victus et debilitatus est rex Parthorum : Tiridates traiecto Euphrate Ornospaten Mesopotamiae totius praesidem multosque alios in sua vota pertraxit. Et erat summa rei prope in manibus eius, cum per ignauiam finibus regniab Artabano rege se exturbari pas-Q

(3) p. 864.

#### 122 HISTORIAE OSRHOENAE

passus est annis vix duobus postquam ingressus fuerat. (4) Abgarum puto, in tanta varietate fortunae necessitati obsecundasse, et eodom Taciti verba pertinere iudico, cum ait: sed sugae specie discessum, ac principio a gente Arabum sacto, ceteri domos abeunt, vel in castra Artabani, donec Tiridates cum paucis in Syriam reuectus, pudore proditionis omnes exsoluit.

Quid autem? an numos, quos antiquarii proferunt, Tiberii vultu fignatos et  $E \Delta E \Sigma \Sigma A I \Omega N$  inscriptos ad hos Edessenos ciues aequo iure referemus ? nempe ita visum suit Lucae Holstenio, (6) Ioanni Fideualenti, (7) Carolo Patino, (8) Henrico Norifio, (9) et Ioanni Harduino. (10) Eft autem numus fignatus vultu Tiberii Augusti cum epigraphe, T. KAI $\Sigma$ AP  $\Sigma$ EBA $\Sigma$ TO $\Sigma$  in auerfa cum Liuiae imagine et titulo  $\Sigma EBA\Sigma TH$ .  $E\Delta E\Sigma$ -Alter hunc in aduersa titulum habet ad- $\Sigma AI \Omega N.$ fcriptum, TIBEPIOS ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ in auería  $\Sigma EBA \Sigma TO \Sigma \Theta EO \Sigma E \Delta E \Sigma \Sigma AI \Omega N$  pro quo Norifius in alio legit  $E \Delta E \Sigma \Sigma E \Omega N$ . Idcirco Harduinus in indice episcopatuum,(1) in numis antiquis  $E \Delta E \Sigma \Sigma A I \Omega N$  et  $E \Delta E \Sigma \Sigma H N \Omega N$ . Sed manifesti erroris tenentur. Non inficias eo, Stephanum Byzantium vtrumque ¿9vixit ponere his verbis, κατά μέν τές έγχωρίες Εδεσσηνός, παράδε τοις πλείο> σι των αρχαίων Εδεσσαΐος, ciues indigenae Edessenos ſe

(4) Tacitus L. VI. c. 31. seq. (5) ib. c. 44. (6) ad Stephanum p. 107. (7) In Colon, p. 145. in Indice numorum p. 403.(8) in Imperat. p. 298. (9) In Epochisp. 107. (10) In numis vrbium voce  $E\Delta E\Sigma\Sigma A$  (1) T. XI. Concil.

fe dicunt, plerique autem veterum Edess. Eum in modum nonnemo ex turba historicorum, qui res sub M. Aurelio aduersus Parthos descripserunt, apud Lucianum fic fatus eft: (2) Eugewoos xatou pièr er to Μεσο σοταμία, ςαθμές δύο τε ΕυΦράτε α σέχεσα. ασώκησαν δ'αυτήν Εδεσσαιοι. Europus sita est in Mesopotamia, duabus mansionibus ab Eupbrate: condidere autem Edessaei. Fuerit hic mos Graecorum Ofrhoënos dicendi Edeffaeos, tamen cum indigenae et ciues ipsi Edessenos se vocarunt, teste Stephano, non est verosimile in publica moneta eos aliter scripfisse. Edessaei dicti sunt ab iis, qui Edessaein Macedonia oppidanos fic'nuncupari meminerant et ex ignorantia idem ¿9vusóv vsurparunt in Edessa Mesopotamiensi. Denique qui potuere Edesseni in Mesopotamia eos numos procudere, cum neque libera vrbs effet, neque adeo adstricta ad obsequium Romanorum? fi quis numus ex adulatione fuerit fignatus, cur ab Abgaro rege fignatus non est, cum penes reges ius monetae apud omnes populos fuit? et, fi cui ciuitati effet priuilegio datum, infigniri tamen eorum capitibus regum debuit numus, quorum sub potestate vrbs contineretur. Edessae vero eo in populo, qui regum duro imperio ad orientalium morem gentium, amissa semel libertate, coerceretur, in ipfa regia, ea in vrbe, quae regi suo tamquam alteri parenti et conditori deuincta erat, numos fineregis illius vultu et cum quadam liberi iuris sui ostentatione exstitisse putabimus ? At erat Edessa illa Macedo-2

(2) Quomodo historia conscribenda p. 618.

### 124 HISTORIAE OSRHOENAE

cedoniac, quam Liuius nobilem vr bem vocat, alia conditione.(3)Ne quid dicam de Polybio et Strabone eiusque excerptis, Iustino, Aristide Rhetore, Antonini illo itinerario, Notitia Graeca, Constantini Porphyrogenetae thematis, Plinius quoque Aedessam, vtClaudius Ptolemaeus Alberray citat, quemadmodum hanc nostram quoque dici supra monuimus et infra prolatis exemplis oftendemus, inde etiam in codiceCoisliniano Aideo yvoi. (4)Ab ea vrbe ¿9vixov apud Liuium gerit (5) Antiphilus Edessaeus, qui in exercitu Persei regis cetratis dux fuit. At in concilio Antiocheno. CPlitano, Nicaeno, Chalcedonensi, non Edessiaeos fe subscripsere episcopi Aegeades, sed Edessenos. Ioannes Cantacuzenus quoque in historiis passim illos in Macedonia non nisi Edeoonvis nuncupat, cum de sedecim annorum obfidionc agit, quam vrbs munitisfima et situ et arte sustinuit, Triballis cum Crale rege vi summa inclusam vrgentibus. Ex quo intelligitur, quam haud difficulter τα έθνικα των πόλεων corrupta et confusa sint. Attamen numos omnes EΔEΣΣΑΙΩΝ fub Augusto, Tiberio, Hadriano, M. Aurelio, Alexandro Seuero, Caracalla, Iulia Mammaea, Gordiano, Philippo, quos strictim fine omni exceptione Mesopotamiensibus attribuunt, Edessae Macedonum, unde deiecti fuerant, restituo. Vnum fub Gordiano Ioannes Fideualens iam extorferat Triftano, cum Ioannes Harduinus eum iterum affe-



 <sup>(3)</sup> L.XLV. 29. (4) Bibliotheca Coisliniane Montfauronis p. 56"
 (5) L.XLII. c. 51. Haec vrbs in fragmento Geographico quod Codinus produxit et excelo. Hudion, Εδεσσα τα νων Μόγλαινα.

afferendum Edessae huic nostrae iudicaret. Nam Aegaeam Macedoniae, Edeffam, et Aegeadas, Edeffaeos dictos aliquando fuisse negat. Si quem auctorem eius nominis proferas, parata est proscriptio et vt commode vocauit Ioannes Sartorius, patruus meus magnus, departo piès. Plinius tamen, quem folum deum fuum putat, Aedessam, vt in multis aliis auctoribus quoque est, deprauate, edidit tamen. Sed nihil moror totam hanc Archontianam haerefin: fi quos incautos decepit Harduinus, non erit diuturnus tam ridiculus error. Est autem praeter caput Gordiani, ita in naue seu auersa fignatus numus:Roma sedet super tropaeo, poneeam stat sigura muliebris cum cornu copiae, quae acternae vrbi lauream imponit. Si hunc numum Edesseni nostri cuderunt, supra ingenium suum sapuisse videntur: nam in ceteris, quos infra cum vultu Gordiani exhibebo, merum rus est prae istius numi artificio et magnifico apparatu. Nihil vsquam nisi genius vrbis et fluminis, Icrupea rupes et sidera. Haec perpetuo sere seruant in numis fuis Edesseni, hoc idem ceterae fere vrbes in Mesopotamia.

XV. Dionyfius Telmarienfis fcribit, euman-Abgar. Dionyfius Telmarienfis fcribit, eumanno 2061. mortuo patri fucceffiffe et septem annos negnasse. Secundum nostras rationes regnare coepit Edessae. A. Abrahae 2060. Martio mense A. V. C. 798. a Christo nato XLV. Moses Chorenensis Ananum vocat, quod non longe recedit a Syriaco Q 3 nomi-

#### HISTORIAE OSRHOENAE

126

nomine Mani. Nierses Claiensis nomen eius non prodit, sed item vt Moses ille (quem sequitur) a pietate patris desciuisse scribit. Econtrario Cedrenus auctor eft, (6) Abgari filium in patris instituto perstitisse, quod equidem interpretor de Abgari filio, Mano, Mani huius fratre, qui postea regnauit. Id mihiquoque indicare est visus Procopius, (7) cum fic ait : d's τις δε διεδέξατο την βασιλείαν των αυτέ παίδων ανοσιώτατος γεγονώς άσάντων ανθεώσων, is, qui Abgari successor fuit, vnus ex eius filiis, sceleratissimus omnium bominum exstitit. Og tig tur auts maidur clariffime demonstrat, alios etiam Abgari filios notos fuisse Procopio.(\*) Ex perfidia Mani huius intelligi poteft, quantum a patriis moribus defecerit. Rem omnem Cornelius Tacitus fic narrat. (8) Meherdates Vononis Parthorum regis filius, Phraatis nepos, obsidio datus erat Romanis. Inter Parthos Vardanes, Arfacides quidem, sed non ortus Vonone rege, per infidias sublatus est de medio. Orta deinde contentione, pars in Gotarzen, quem Vardanes frater regno pepulerat, nonnulli in Meherdaten inclinarunt. Gotarzes tyrannidem vi occupat, Parthi vero impatientes morum eius, legatum mittunt Romam, qui regem peterent. Meherdates missus est, non parum gratulante sibi fortunaeque populi Romani Claù-



<sup>(6)</sup> p. 177. ed. Parif. (7) p. 118. (\*) Et Eusebius in Hift. Ecclef. L. II. c. 12. Ελένην των Οσ ουγνών βασιλίδα commemorare dicitur in titulo: fin ipsum videas, reginam Adjabenorum dicit, quod Henricum Valesium fugisse miror. (8) Annal. L. XII. 10. seq.

Claudio Caesare : negotium datum C. Cassio, qui Syriae praeerat, vt/eum deduceret ad Euphratem Caffius ad Zeugma, Parthos illustres, fluuium. quorum ex sententia Meherdates rex petitus erat, in castra vocat, Meherdatem monet, barbarorum impetus acres languescere cunctatione, aut in perfidiam mutari, itaque vrgeret coepta. Abgarus vero Edessenus, qui eodem aduenerat, iuuenem ignarum et summam fortunam in luxu ratum, multos per dies attinuit apud oppidum Edessam, auctorque fuit ducendi per Armeniam ea anni parte, quae minime erat expeditioni opportuna : iam enim incipiebat hiems. Simul transmissus Tigris fluuius, et rex Adiabenorum vifus palam fouere Meherdaten et colere : clam Gotarzis confilia iuuabat. Vbi Gotarzis exercitus appropinquauit, Itazes (id nomen Adiabeno erat) et mox Abgarus Edessenus, abscedunt cum copiis, leuitate gentili, vt ait Tacitus, et quia experimentis cognitum est, barbaros malle Roma petere reges, quam His nudatus auxiliis Meherdates, ceteris habere. etiam suspectis, casui praelioque se permisit. Victus et captus, praecifis naribus ludibrio suo superfuit. Inter haec nobis venit in mentem, posse ad defendendum Mani nomen interseri, quod C. Cornelius incorruptam fidem non assidue tueatur. Habet ille nescio quid, ex quo astutus magis, quam veriet aequi studiosus animus deprehenditur. Sunt enim eius historiae quasi quaedam picturae, excellentis sane artis, sed quae ab vitae imitatione studio et industria nonnihil abhorrent. Vbi ille nobis Tiberium pingit, ni-

nihil illo fieri potest astutius, sed vt verearis, ne is paullo fuerit integrior. Vbi Claudium, plena funt omnia stultitia, sed vt metuas ne plus ingenii et leporis in Claudio fuerit. In Nerone efferata immanitas etiam quinquennii, sed vt neque ipse tam vecors fuisse, neque artes eius tantum vituperationis meruisse videantur. Erat isthuc seculum, inquo eloquentia pulsa foro, contemtum suum vindicabat historiis cum flagitio prodendis. Et libertas illa erat, sed quanta sub strictiori imperio esse potuit adulantis occulte maiestati vnius, in ceterorum, qui ante eum fuerunt illustriori ab stirpe orti, vitiis proferendis. Ita, ne quid disfimulem, nobis videtur, quoties Cornelium Tacitum legimus: non, quod putamus,quemquam alium, qui res gestas memoriae prodidit, a praeiudicio fuisse vacuum(maius hocest, quam vt ab homine postules) sed , quod ita induxi animum, vt existimem, Cornelium praeterea etiam in aliena turpitudine ingenio indulsisse. Dum Traiano illi suo optimo principi, vt vocabant, vitiorum et publicae vituperationis maculas, veluti bonus ciuis et patriae amans ab omni parte accurate pingit, ab aequo et vero deflectit ad philosophiae quaedam praecepta. Ita Traiano nemo melior, erat enim optimus : ita incendi ad virtutem videbantur, quae postea erant futura principum studia. Sed ea non fuit rerum prodendarum, vt gestae sunt, intemerata religio. Attamen non ita a veritate desciuit Tacitus, vt res et facta confingeret. Manet igitur perfidiae reus Manus, vt fortassis non tam soedae, qualem Taci-

Tacitus pinxit, ita, quanta in pium animum deuotumque fanctissimae religioni non cadit. Tacitus legatos Parthorum a Claudio Caefare in fenatum effe introductos scribit, C. Pompeio, Q. Verannio Coss. A. V. C. 802. A. C. 49. Meherdates ante hyemem profectus in Syriam venit, et initio hyemis in Armeniam mouit. Quod autem Cornelius Tacitus regem Edessenum Abbarum seu Abgarum vocat, is familiaris veterum scriptorum error est, Abgaros fine discrimine Osrhoënos reges appellantium, vt Ptolemaeos Acgypti. In hoc Mano autem tanto facilius labi poterant, quod a patre Maanu bar Abgar Moses Chorenensis scribit, Sanatrugum citaretur. Ogae (ea Abgari Vchamae foror fuit)filium, Edeffam cepisse et Ananum omnesque e domo regia mascu-Possis etiam ex eo suspicari, hunc los interfecisse. Manum a Sanatrugo e medio fuisse sublatum cum omni sobole domus, quod Manum fratrem successo-Quod de Edessa capta Moses Chorerem habuit. nensis commemorat, eiusce rei aliquid Procopius quoque indicare mihi videtur. Sic autem ait : ἄλλά τε πολλά ές τύς άρχομένυς έξήμαρτε η την έκ Ρωμαίων δεδιώς τίσιν προσεχώρισεν έκυσίως Πέρσαις, cum multa alia flagitiose perpetrasset, tum vero etiam, cum Romanorum iram et vindictam metueret, (ponte sua Persis se dedidit.

XVI. in ) in all Maanu bar Ab-

gar frater Mani A. Abrahae 2067. vt habet Diony-

R

3

nysius, regnare coepit: aut potius secundum nostram fententiam A. Abrahae 2067. mense Martio anni Dionyfiani 52. Eo rege res magnas in Armenia geffit Corbulo A. C. 58. Nerone III. Valerio Mesfalla Coff. et aliquanto post tempore. Regnauit Abgarus annos quatuordecim. Hic mihi ille eft, quem Cedrenus ob christianae religionis pietatem praedicat.


## XVII. من مكده Abgar bar


Maamu dicitur Dionyfio successifie A. Abrahae 2081 et regnasse annos viginti. Ex nostra sententia regnare cocpit A. Abrahae 2080. feu anni Christiani 65. Maio mense. Illum videtur Cedrenus prodere (10) a christiana pietate desecisse ad simulacrorum cultum. Ad hunc Abgarum refero numum illum, quem Nicolaus Haymus (1) e cimeliarchioPem-Tab. I. brochiano descripsit. Ab aduersa parte est facies Abgari cum titulo ABFAPO... BA... ab altera est vultus barbari inferiptus AAANNOC. Certum est. inquit Haymus, imperantibus Caelaribus impressumesle numum, cum neque ante Claudium, neque post Gordianum Pium, vllius Abgari memoria apud scriptores Putat deinde Abgarum aliquem Edessenum exflat. cum Alanicae gentis principe contra Parthorum potentiam societate inita, foederis atque amicitiae memo-

Ϊ.

(10) p. 177. (r) Thefauri Britannici Tom. II. p. 57.







moriam in numo confignaffe. Quod neque ante Claudium neque post Gordianum, Abgarorum exstare mentionem scribit, id quale sit, aut quomodo ei in mentem venerit, nescio. Vt autem numum ad hunc Abgarum Mani F. referrem, ex Alanorum rebus mihi perfuasum est. Iosephus (2) ad annum quartum Vespasiani auctor est, Alanos, qui ad Tanaim et Maeotin colebant, quo Mediam et vicinas regiones depraedarentur, cum rege Hyrcanorum egisse, vt per portas Caspias transitum sibi concederet: eo patefacto aditu ex inopinato inualisse Medos regemque Pacorum compulisse in loca inaccessa faltibus : inde processifie in Armeniam et Tiridaten regem praelio vicisse, in quo parum absuerit, quin rex viuus caperetur. Iniecto enim laquéo, quo mos erat Alanis pugnare, vix se expediuisse regem, eoque dissecto, saluti suae suga consuluisse : Alanos vero praeda onustos rediisse, qua via aduenerant. Hanc irruptionem insecuta est alia, quam Moses Chorenensis commemorat. Alani, inquit, qui Caucasum insederant, cum Georgianorum parte aliqua effusi in Armeniam, obuium habuere cum exercitu Artaxerxem regem. Perrupere tamen et ad Cyrum fluuium progressi, posuere castra, cum adnersam ripam Armeni tenerent. Interea adolescens Alanorum regis filius, forte ab exercitu deflectens, in Armenorum manum incidit. Alanus de filio folicitus, Satinicen filiam, formosissimam puellam et R 2 inge-

Digitized by Google

(2) de Bello Indaico L. VII. c. 27.

ingenio fingulari, cum legatis misit de pacis conditionibus et reddendo filio. Artaxerxes amore eius captus, pace composita, matrimonium cum Satini-Superfuit Artaxerxes vsque ad initia Hace iniit. driani, tunc enim anno primo et quadragefimo, ex quo regnum adiit, decessit. Itaque circiter A. C. 76. Vespasiani octauo Armeniam obtinuit Artaxer-Bellum autem primis annis Artaxerxis, Do. xes. mitiano tamen iam regnante, gestum esse cumAlanis, eMoseChorenensi intelligere nobis videmur. Cum igitur inter Armenos et Alanos pax esfet confirmata et necessitudo, multae caussae intercedere poterant, quae Abgarum quoque Alanis deuincirent. Artaxerxes Sanatrugi erat filius, Ogae nepos. Oga foror erat Abgari Vchamae, ad quem auum hic Abgarus stirpem referebat. Itaque necessitudo Artaxerxis cum Alanis attingebat quoque Abgarum. Artaxerxem Parthi fouebant, quorum potentiam Romanae aemulam Ofrhoeni femper respexerunt. Idcirco et necesse erat, vt Artaxerxis amicitiam Abgarus sequeretur. Alani autem tantum armorum fuorum metum concitauerant apud vicinos Caucafo et Tauro populos, vt Artaxerxe cos Ofrhoënis conciliante, non indigna res monumento esset. Saltem ad nullum Abgarum maiori veritatis specie numus hic referri potest. - Vultus Abgari in numo se-Fuiffe autem Abgarum hunc eo tempore nilis eft. fenem, ex hoc potest cognosci, quod circiter A. C. 83. qui Domitiani est tertius, numus videtur cucum Abgarus annum iam nonum et decimum fus, re-

regnaret. Annus hic est fextus et septuagesimus, ex quo auus eius Abgarus Vchama regno potitus, ea vir aetate, qua non modo filium, verum etiam nepotem, hunc ipsum Abgarum, habere potuit.

Non erit alienum ab hoc loco, fi, quibus maieftatis infignibus Edeffeni reges vfi fint, confideremus. Pertinet enim haec contemplatio ad regni iftius ftatum illustrandum. In capite cydarin feu tiaram omnes reges Edeffeni in numis gerunt. Tiara autem, vt ait Hieronymus, (3) est genus pileoli, quo Perfarum Chaldaeorumque gens vtitur. Erat enim promiscue tiarae vsus in Persia et Media et Mesopotamia omni atque Parthia. Quocirca Anacreon :

> Καὶ Παρθαίες τις ἀνδρας Εγνώεισ' ἂν τιάραις.

Partbos cognoscas ex tiaris. Persis quoque Bactriisque et multis aliis gentibus barbaris τιάβας & ἀναξυφίδας indui mos suit, teste Dione Prusaeo. (4) Duo autem erant tiarae genera : alterum rectum, alterum, vt Hieronymus ad Fabiolam scribit, rotundus pileolus, quasi sphaera sit diuisa, vt pars altera ponatur in capite, quare et Sidonius Apollinaris: (5)

Flectit Achaemenius lunatum Persa tiaram.

Hieronymus fimilem dicit tiaram pileo Vlyffeo. Habuit in animo aut oculis numum C. Mamilii Limeta-R 3 nei,

### \_\_\_\_\_

(3) In Danielem c. 111. v. 31. (4) p. 628. (5) Panegyrico in Anthemium v. 51.

nei, in quo Vlysses cernitur, auctor gentis Mamiliae cum petaso. Qualis isthic est petasus, quales Castoris et Pollucis pileoli permultis in numis sunt, talia ad hoc tempus Persae gestant capitis tegumenta. Tali tiara etiam reges sunt vsi, vt e numis Parthicis et monumentis Persepolitanis perspicuum est. Erant autem e bysso tiarae eorum, qui summo honore meosogias dignati, amicorum regis titulo nuncupabantur, quorum erant in exercitu Darii Codomanni numero ad quindecim millia. Ergo apud Iofephum (6) Darius Hystaspis cydarin byssinam promittit e tribus satellitibus illi, qui sapientissimum respon-Sic iste quoque, qui apud Valerium sum dediffet. Flaccum (7)

#### Viridem gemmis et eoae stamine syluae subligat extrema patrium ceruice tiaram,


Color tiaris purpureus. Ouidius: (8)

#### Tempora purpureis tentant velare tiaris.

Erant quoque gemmis distincti, vt Themistius (9) vidit effigiem Parthorum regis in tabella pictam, gerentem capite tiaram hyacinthis et smaragdis insignem. Ita nos etiam cernimus in numis Parthorum et Edessenorum regum et in monumentis Persepolitanis. Diadema denique gerebant Persarum et Parthorum reges nudo in vertice, vt in numis. Immo etiam tiaram stringebant apice. De Dario Codomanno Q. Curtius : (10) cydarin Persae regium capitis

(6) Ant. Iudsic. L. XI. c. 4. (7) Argon. L. VI. v. 699. (8) Metamorph, L, XI. v. 181. (9) Orat. XXIV, p. 306. (10) L. III. c. 3.





tis vocabant infigne : boc coerulea fascia albo distinsta Dio Cassius, (1) Tigranem scribit et circumibat. tiaram et diadema gessisse, cum ad Cn. Pompeium in castra veniret. Et Herodianus (2) Artabanum Parthum duplici diademate vsum fuisse prodidit. Dio Chrysoftomus auctor est, (3) Parthorum regibus infignia regni fuisse sus fuis tradita, tiaram, sceptrum et diadema. Non vero folis regibus mos fuit tiaram vincire apice, verum etiam, vt Xenophon testatur, (4) regiae necessitudinis viris. Color huiusce diadematis erat pro cuiusque arbitrio. Regum diademata albo distinguebantur. Darius, vt supra cognouimus e Q. Rufo, caeruleam fasciam distinctam albo gerebat et Alexander M. purpuream distinctam albo, qualem Darius quoque gestauerat, sumsit, eodem teste. (5) Efficiam vt intelligatis ex numis, Edessenos reges et tiaram gestasse et diademate strinxisse tiarae imam extremitatem, quod a ceruice re- Tab.I. Ita- 2. Tab.II iectis et fluitantibus fasceolis deuinctum suit. que tiaras e diuersis numis duos pingendos curaui, vt maiori in forma tanto luculentius incurrerent in o-In vno maxime differunt, quod alter tiaras culos. perpetuo, et vt videtur, aureo acantho circumstringitur, alter vero vnionibus. Eadem plane in Par-Quaeritur autem adhuc, qui tiarae fint rethicis. Ai, quos, Xenophonte teste, (6) Cyrus accepit a Medis et ad successores transmisit, summae maiestatis insignia, ita vt nemini liceret gerere, nisiregibus

(1) p. 29. (2) L. VI. c. 6. (3) p. 234. (4) Cyrop. L. VIII. c. 3. (5) L. VI. c. 6. (6) Cyrop. L. VIII. c. 3.

K

Digitized by GOOGLE

136

Solos reges gestisse adfirmant nobis Aristogibus. phanes et eius Scholiasta de Persis, Iosephus autem (7) et Dio Prusaeus (8) de Parthis. Quos igitur dicemus rectos nisi eos, qui non lunatum in orbem circum tempora flecterentur, sed rigidiores essent apices et altiores ? Infignis est eiusmodi tiara Tigranis regis apud Ezechielem Spanhemium. (9) Non magnam disfimilitudinem cum eo habent tiarae Parthici in peruulgatis numis M. Antonii et Caesaris Au-In eo Spanhemius dubitat (10) atque a Rogusti. manis tiarae recti Parthorum formam ignoratam cenfet suisse. Qui autem ignorare potuerunt, cumM.Antonius Artauasden Armenorum regem eiusque infignia Alexandriae duxit in triumpho? At ille, inquit, fi de Armenico tiara concedendum, Parthicus igno-Nempe nihilo potuit esse diuersus, cum rabatur. Armeni reges Parthorum maiestati et luxui nihil concederent, vsque ad regis regum titulum. Et quae est ista fides numorum, si ne tiaras quidem regum infignia fine magno errore et vanitate oftendunt? Hi igitur tiarae recti sunt, qui inter arcana regni et regiae maiestatis seruabantur. Neque vero idcirco adseuerarim, eandem semper formam tiarae recti fuis-Nam et CPlitani rectos tiaras et vulgo rstas fe. dixerunt, qui nihil eius formae habebant, qualis in numis istis est, tantummodo altiores erant ceteris tiaris, vt apparet, si Zonaram, (1) conferamus cum



<sup>7)</sup> L. XX. c. 2. (8)p. 234. (9) De viu numifmatum T. I. p. 464. (10) ib. p. 452. (1) Zonaras T. II. p. 227.

cum numis Byzantiis et imaginibus Imperatorum quae passim exstant. Neque auss sunt Edesseni reges iis vti, potentia et maiestate inferiores Parthis. Quanta enim reuerentia apud Mesopotamiae et Syriae minores reges erga Parthicos reges regum fuerit, ab vno infigni exemplo potes intelligere, quod proditum est a Iosepho. (2) Nam cum Artabanus regno effet exutus a Parthis, confugit ad Izatem Adiabenorum regulum supplex. Obuius forte in via Izati ad pedes se abiecit obsecrans, auxilium vt sibi ferret in priuati fortunam a regia potestate deiecto. Izates non modo eum bono animo esse iussit, sed etiam in equum imposuit atque vt minor maiorem pedibus prosequi instituit : nec nisi multum obtestante Artabano, equum conscendit. Artabanus in regnum ab eo restitutus, beneficii loco concessit, vt Adiabenus rex tiara recto vteretur et in aureo lecto accubaret. Non enim ausus suerat illo recti tiarae insigni vti, non concesso.

Inter ornamenta tiarae Edeffeni luna et tres stellae sunt. Ioannis Valentis amicus cum in Edesseno numo quatuor stellas cerneret, negotium expediuisse sibi visus est. Stellae, inquit, in area, vtrum ad Elagabali facerdotium, an ad Edessenos spectent, videant eruditi: cum autem Strabo, Plinius et alii, Pboenices ab astronomiae peritia commendent, aliquam fortasse constellationem ab iis observatam suisse suisse. Acutum quoque est, quod Ezechiel Spanhemius ad-S

Digitized by GOOGLE

L, XX.2.

#### 138 HISTORIAE OSRHOENAE

fert de sideribus, quae in Parthicis numis visuntur. Arfacen, vt Ammianus Marcellinus testatur, confecratum fuisse : ex eo tempore Arsacidas se fratres solis et lunae vocitasse: Saporem ita se in litteris ad Constantium appellare. Haec vt quisque accipiat, nullo in discrimine pono. In tiaris autem Edessenis puto astra haec nihil aliud fignificare, quam deuotos fideribus cultuique eorum reges Edessenos. Aftrum quod supra lunam est positum, solem indicat. enim patefacere possum ex hoc infigni Id numo, cuius in medio Iupiter sedet dextera nitens aquilae capite, hastam sinistra puram tenens: infra Tab.II. funt Nereides, in circulo duodecim figna, quae fol, stellae imagine, et luna obeunt, Hunc numum Paulus Pedrufius (3) et e Choulio Bernardus Montefalco (4) exhibent. Isthuc autem, vt fol, astri figura, super lunula ponatur, saepe cernimus in numis Carrharum sub Caracalla et Elagabalo, in Abraxis Chifletianis et passim in monumentis Montefalconis. Apud Bonannum figura est fortunae, quae clauum nauis dextera, finistra cornua copiae duo gerit: in capite eadem lunula, quae in his numis eft, atque supra eam clarissima solis radiantis pictura. (5) Summa autem erat apud Edessenos religio folis, vt in omni Syria et Chaldaea víque ad Homeritas, quos Philostorgius (6) testatur, soli et lunae sacra fecisse. Iulianus imperator (7) iegov it aiwros his xweiov E. dessam vocat, dicatam soli, inde vsque ab vltima memo-

> (3) Tom. V. Tab. XXI. (4) Tom. I. parte I. charta X. (5) Montefale co T. I. p. II. Tab. 196. (6) Apud Photium Cod. XL. (7) p. 150.

Solem Chaldaei Baalem seu dominum dimoria. Cultum eo nomine etiam Edessae fuisse, xerunt. Iacobus Sarugiensis libro de idolorum lapsu testatur. -E سم باورهی لنبو ولبيل, Daemon malus, inquit dessae posuit Nabo et Belum. (5) Vt Belus fol est, ita Nabo est luna. Syriam deam Atargatin cultam Edessae fuisse Strabo (9) testatur. Sedis geographi error manifestus est. Nam Hierapolin Syriae cum Edessa eum confudisse supra ostendi. Hierapoli sane praecipue cultam deam fuisse, ex principio Deae Syriae apud Lucianum constat, qui Astarten lunam interpretatur. Non est igitur mirandum, cum Bardesanes ille Edessenus, vt Gregorius Abulpharagius habet, (10) folem patrem et lunam matrem vitae appellauit. Duo alia astra occurrunt in numis Edesfenis, vt infra locis suis anim aduertes. Sunt autem Mercurius et Mars. Nam Iulianus testatur (1) Edeffenos foli posuiste ourédeus Móripor & Azizor, quos Iamblichus Mercurium et Martem interpretatur. Móripos, vt supra iudicaui, est corruptum ex Maanu, quod nomen eussit Syrorum hominum, vt in regibus Edessenis occurrit. Azizus vero Mars Nam عزيز Azizo, fortem et robustum dicunt. eft. Ex eo etiam euasit nomen. Hortini in Faliscis repertus est titulus: CVRANTE. TVRIO. SEPTIMIO. AZIZO. V. P. CVR. R. P. Azizus Emefenorum rex Agrippae fororem Drufillam duxit. (2) Et Ignatius S 2 CO-

(8) apud Affemannum T. I. p. 327. (9) p. 125. (10) p. 125. (1) p. 190. (2) Iolephus de B. I. L. IL c. 7.

cognomine Azizus Bar fabta Iacobitarum patriarcha apud Affemanum. Ceterum hoc templum celeberrimum folis plenum fuit simulacris eximii operis, quod Gratianus Valentinianus et Theodosius A. A. commemorant in lege lata ad Palladium ducem Osdrhoenae (3) A. C. 382. Aedemolimfrequentiae dedicatam (placet Iacobi Gothofredi emendatio: deum dicatam) coetui iam et populo quoque communem, in qua simulacra feruntur posita artis pretio, quam diuinitate metienda, (simulacra, inquit, diuinitatis vt fictae, ita celebratae, at pretii ab arte multo maioris, quam omnis ista diuinitas est,) iugiter patere publici confilii aufforitate decernimus : neque buic rei obreptitium officere finimus or aculum (Impp. refcriptum) vt conuentu vrbis et frequenti coetu videatur. Experientia tua, omni votorum celebritate seruata, austoritate nostri ita patere templum permittat oraculi, (nostri auctoritate rescripti) ne illic probibitorum vsus sacrificio um huius occasione aditus permissus esse credatur. Datum prid. Kal. Decembr. Constantinopoli Antonio et Syagrio Coss. In Oldroena templum nullum tantae celebritatis et ista simulacrorum tum arte tum copia, quam ad Edessam, vbi Belus siue sol colebatur cum finedris fuis Monimo et Azizo. Haec facra cum mature deserentur, templum tamen mansit ad coetus ciuiles: et ob sestivitates populares eo intemplo hominum frequentia. Videtur Gothofredo Eulogius episcopus, qui tum Edessae fuit, sualisse,

(3) Codice Theodofiano L. XVI, Tit, X. L. 2.



140

Vt clauderetur, eoue impetrasse Imperatorum rescriptum aliquod fine publici concilii auctoritate. Contra Palladins tetendisse videtur et a concilio, in quo tum cum Theodofio M. multi erant profanae superstitionis nobiles viri, facile expressifie, vt frequentia templo, aris et fimulacris ab arte admiratio maneret. Theodosius concessit, quod absurdum non erat; cultum deorum illo in templo interdixit. Tamen cum, vt puto, prohiberi superstitio ab huiustempli simulacris et repelli non poffet, ab eodem Theodofio Imp. dirutum et disiectum est templum, fi, vt Gothofredus censet, Libanium audiamus. Is uwie ray iecar, sine nomine vrbis, rem ita deplorat:

Τί νάς δΗ διαΦθάρων,

Quidenim opus est disper-S την χράαν ένι μεταποιη- derecuius vsum licet wt trans oray; πως δ' in aix cor, 5pa- mutes ? quomodo enim non rowedor norehen rigons turpe fit, fi exercitus opoineious, & seaturyou é de- pugnet proprios lapides et Synóra maganadav nara dux praesit borteturgue των πάλου σωεδή πολλή contraca, quae dudummagno πρός ύψος avabarrow, ŵr labore educta fuere in altum, ro nécas éserny rois rôre quaeue cum essent perseta, Basiheus v & Inpre ; & unders ab iis regibus, qui condideoié Dw on'v raúr' avay nary- rant, festa sollemnitate deyozíav, & Baonheu. xaray dicata fant. Ne quis existiuev yap meds rois bpeous met, nos nunc te acculare Περσών νεώς, ω παρα- Imperator. Situm eft enim πλήσιον έδέν, ώς ές w d- in finibus Per siae templum, πάντων των τεθεαμένων α- cui nullum comparandum, ve a.b

S 3

núer. Etw mégisos egégo- ab omnibus qui viderunt, ye, tois higos toostov i- intelligi et cognosci potest: πέχων της γης, δωόσον ita fuit maximum, ita laκh πόλις. ή εκηγεν ev τοις pidibus a folo in altum eduέκ τῶν πολέμων Φόβοις, τοῖς ctum, vtipfaurbs. Sufficiebat οικώσι την πόλιν έκ έχεσι igitur in tumultibus, cum ианано  $\pi_{coc}$ ехедан,  $\tau_{NS}$  ciues wrbem capi non posse ix bos τέ πεγιβόλε παν έλεγ- Sentirent prius quam ab boχύσης μηχάνημα. ην δε flibus et ipfum occuparetur δη η έσι τέλος avabaoi templum, vi munimentorum πλαςον όσον της πολεμίας eius omnia oppugnantium όζαν έ μικρόν πολεμεμέ- molimina repellente. Deνοις πλεονέκτημα ανθεώ- pique si in summum tectum wois. ήκυσας δέ κ ee- adscenderes, inde tota boζόντων τινών έν δωστέβω flium castra conspici poteτο Jaupa peizov ieco, τω rant, quod obsession baud μηκέτ' όντι τέτω, η ο μή- exiguum emolumentum erat. ποτε πάθοι τέτο, έ wee o Erant etiam qui inter sefe Σαγάωις. αλλά τότο μέν disputarent, quo in temτο τοιντο ή τοσ ντον ίερον, plo maior effet maiestas: in iv ύσερδω, τὰ τῆς ὀ coΦῆς boc quod nunc non est, aut a στέξεντα, η όσα άγάλ- in illo Serapidis, cui numματα σιδήευ πεωοιημένα quam tantam calamitatem κέκου στο τῷ σκότω δια- contingere velim. Hoc ve-Φεύγοντα τόν ήλων, έι- ro tale tantumque templum, χεται η ασόλωλε. 9 ch- ne quid de incredibili eius νος μέν τοις ίδεσιν, ήδωνή culmine dicam aut de tot siδέ τοις έχ έωχακόσι. έ γαζ mulacris ex ferro dedicatis ίσον μέν τοις τοιέτοις οΦ- eadem in aede, quaenunc sub

te-

Digitized by Google

142

Saluoi τε η ώτα. μαλλον tenebrisiacent luce carentia, δέ τοις έκ ίδεσα, η λύωη periit, oceidit. Luctus nune R horn. To per in TE est cernentibus, voluptas πτώματος, το δ' ότι πες ils, quinumquam vider unt: i τεθέανται. αλλ' σμως neque enimfortasse bis vel os τις ακριβώς σκο σήσιεν, culi funt vel aures. Immo poά σόν τέτο, τέ δε ή wa- tius, bis, qui non videτηκότος ανθεώσε, μιαχέ runt et luctus est et voluptas: λ, Φιλοχρημάτε, η τη luptas quod numquam vide-TINTO LEVOY autor Segane - runt. At siquisrecte confideνη γη δυσμενες άτε, a- ret, non tuum boc criλογίας μέν ασολελαυκό- men est, sed bominis nefarii τος, κακώς δέ χρωμένε et diis inimici, et ignauiet τη τύχη, δελεύοντος τη auari, et terrae, quae ipγυναικί, πάντα έκθνη χα- sum in lucem editum excepit, elζoμένε, πάντα enderny infesti, qui, stultitia plenus ήγεμένε, τη δ'araγny fortuna sua male abutitur, ταῦταἐσιτάττυσιν, ών τῆς omnia gratificatur, banc αρετής ασοόδηξης το ζην omnibus anteponit et qui nein arions nergerror.

א שבסוק באשרט א לבואש luctus ex casu templi, voπάνθ' ύωη ετώντος τοις vxori autem seruit, huie cessitate coactus omnia facit ex voluntate eorum, qui virtutem ostentant ea in re, quod lugubribus vestibus amiciuntur.

Digitized by Google

Erit deinde etiam de hoc templo dicendi locus. Is cultus deorum cum effet apud Edessenos, deorum astra


#### HISTORIAE OSRHOENAE ILL

Tab.


astra in tiaris acu picta suerunt. At qui ex Abgaris christiani fuere, eorum loco talem, qualem hic e numo damus, tiaram cum infigni crucis gestarunt. Hieronymus in epistola ad Laetam : regum purpuras III. 1. et ardentes diadematum gemmas patibuli salutaris pi-Eura condecorat. Quem conftat primum Christonomen dedisse, Abgarus Vchamo, quantum in eo fuit, christianam religionem confirmauit : fed ab eius fide posteri cupide desciuerunt. Et quamquam christianae ecclesiae ea in vrbe exstiterunt, tamen profanae mentis adhuc plerique ciues fuere Ephraemi aetate, vt ex illius actis Syriacis constat. (4) Circumtiaram vides aureum nimbum, aut ex vnionibus contextum non modo magnificentiae causfa, fed, vt opinor, ex primo instituto, ad exprimendam radiis diuinitatem et maiestatem regum. Parthorum exemplo Imperatores Romani primum diadema et postea Byzantii etiam radiatum tiaram acceperunt, vt ex numis iterum apparet.

> Dicam paucis de reliquo Edessenorum regum cultu. Verosimile est, Parthorum in morem gestasse avažugidas et tunicam et chlamidem, quae Persis di-&a fuit candys. Xenophon in Cyro (5) memoriae proditum reliquit, tunicam suisse purpuream et semialbam, candyn autem όλο στόρ Φυβον, anaxyridas seu femoralia BurouvogaDag. Tunicam purpuream μεσόλευκον, vt is ipfe observauit, nemini concessium fuit

> > (4) Apud Assemanum T. I. p. 32. (5) L. VIII. c. III. 7.



Тар: Шр.нь



fuit gestare, nisi regi. Ita Iulius Pollux (6) candya  $\delta\lambda\sigma\omega\delta c \varphi v cov$  solis regibus vindicatam refert : purpuream vero candya gestare licuisse, quibus istum honorem rex deferret. Idcirco Lucianus (7) historicum more suo sic instituit, vt nullo praemiorum respectu commoueatur : non, inquit, Artaxerxem metuat, vel speret candyn purpuream, vel torquem aureum. Constantinus Manasses : (8)

Τόν Πέζσην έκ τῦ κάνδυος κ τῦ ςζεωτῦ γνωζίσω, κ κόζακα τόν βρωτικόν ἐκ τῆς μελαντηρίας.

Talem in modum candys purpurea videtur fuiffe Edessenorum regum. Interiorem quoque tunicam eorum in numis cernimus. In vno numo candys ad talum est demissa : in altero tantum ad genua vsque est tunica fine candy, ita vt anaxyrides seu femoralia appareant, non illae adeo largae circa crura, vt Arrianus (9) Persarum et Armenorum anaxyridas descripsit, sed strictiores ad genua, vt in numo elegantsfimo musei Imperatorii, in cuius aduersa est caput Romae cum titulo TVRPILIANVS. IIIVIR. MO. T. III. in auería miles Parthus, qui in genua procumbens 2. figna reddit : CAESAR. AVGVSTVS. inferiori regione SIGNA. RECEPT. Similis figura in numo aureo Parmenfis gazae, quem nobis oftendit Paulus Pedrusius (10) inscriptum consulatu quinto Domitiani Caefaris Augusti. In his inquam numis sub genu strictiores sunt anaxyrides, et quidem quales Herodotus

(6) L. VII. c. 13. (7) Quomodo conscribenda historia p. 630. (8) p. 87. (9) in Tacticis c. 49. (10) Tom J. Tab. 9.

Digitized by GOOGLE

dotus (1) testatur Persarum militum anaxyridas omnemque vestitum suiste, e corio. Genus vestis autem, quam miles gerit, χακώωτόν vocat Pollux, κατά τές ώμες ένα τόμενον. Praeter hunc corporis ornatum, sceptrum quoque Edessenorum regum in numis reperimus, vt Cotyos et Sauromatae regum in numis apud Spanhemium. Sceptrum satis magnum suisse, tum e numis apparet, tum ex comparatione Parthici sceptri, de quo Statius in Thebaide (2) iuuenem Parthum canens, qui patris in loco succedit,

#### visusque sibi necsceptra capaci Sustentare manu, nec adbuc implere tiaram.

Sed redeamus ad istum Haymi numum, a quo digressi fumus, opportuna occasione infignia regum Edessenorum explicandi. Alannus capite gerit eiusmodi aliquid, quod Iornandes in Geticis (3) obscurius describit : Persae brachia et crura lineamentis, caput tiara tegunt : eminent capitibus fastigiatis Alani. Dionem quoque adfert auctorem, (4) qui dixit inter Getas (quorum sub nomine Alanos comprehendit) primum Zarabos tereos, deinde vocitatos Pileatos, bos, qui inter eos genero fi exstabant : ex quibus iis et reges et sacerdotes ordinabantur. In Dacis eadem ratio fuit. Petrus Patricius (5) in legationibus: ότι Δεκέβαλος πρός Τραϊανόν πρέσβης έτσεμ ψε Πιλο-Φć-

(1) L. c. 71. (2) L. VIII. 292. (3) (4) c. V. p. 194. ed. Murat. (5) p. 24. ed. Parif.



Φό ενς. <sup>§</sup>τοι γάρ ἐισι παξ ἀυτοῖς οἱ τιμιώτεροι. πεότερον γὰρ Κόμητας ἔσεμσεν ἐυτελες έενς δοκ <sup>§</sup>ντας παξ ἀυτοῖς ễναι. Decebalus ad Traianum legatos misit Pileatos: bi apud eos (Dacos puta) sunt bonoratiores: prius enim Comites miserat, qui apud eos inferioris sunt gradus. Cantoclarus improuide: bi enim apud Parthos sunt bonoratiores. Denique observa AAANNOC dici in numo, quod nos commones facit apud veteres scriptores Aλάυνες Alaunos fortas corrupte scribi pro Aλάννες Alannos.

## XVIII. Lui in in Abgar bar Ajazeth

De eo Dionyfius : anno 2101 regnauit Edessae Abgarus bar Ajazeth annos fex, menses nouem. Ex nostris rationibus regnare incepit vtique A. Abrahae 2101. anno autem Christi 86. a Martio. Igitur vel ex hoc loco apparet, nos rectam viam in aetatibus regum incessisse, quoniam tandem Dionyfius a longo errore in eundem annum nobifcum con-Senem illum peruenisse ad regnum ex eo uenit. colligo, quod in Edesseno chronico (6) relatum ' eft, Abgarum anno Edesseno quadringentesimo sibi condidiffe الانقرا دموته monumentummortis fuae feu Is annus incidit in annum quartum, mausoleum. antequam decessit. Itaque non rerum pertaesus maturam mortis cogitationem suscepit, sed aetatisconditione admonitus probabilem,

Abgaro

T 2

(6) p. 389.

Digitized by Google

Abgaro rege defuncto, ob diuerías procerum factiones interregnum fuit duos annos, teste Dionysio. Incepit igitur interregnum a Decembri A. C. 92.

## XIX Jank - Parnataspates.

Dionyfius tradit Abgarum effe mortuum anno Abrahae 2106. manifesto errore calculi, quod mensium nouem rationem non haberet. Ex nostra sententia Parnataspates regnare coepit anno Abrahae 2110. mense Decembri anni Christiani 94. Regnauit annos tres menses decem.

## XX. Jonis Parnataspates.

De co fic Dionyfius anno 2113. regnare coepit Parnataspates menses decem. Ex nostra opinione anno Abrahae 2114. anno Christi 98. mense Octobri. Assenanus autumat, eum postearegem datum suisse Parthis a Traiano. Et Xiphilinus quidem Parthamaspatem datum scribit: (7) attamen in nominis conuenientia argumentum rei totum ponere non ausim.

# XXI. أبا محده صن المال Maanubar Ajazeth

Dionyfius : Post Parnataspaten Maanus bar Ajazeth

(7) p. 254.




Tab: IV.p.149








П











zeth regnauit annos 16. menses octo. Ex nostra sententia A. Abrahae 2114 fiue Anno Chr. 99. mense Augusto regnare coepit. Ad hunc regem pertinet numus, quem ad Parthicos retulit Ezechiel Spanhemius. (8) In aduersa est vultus, vt cernitis, ea T. IV. omnium lineamentorum figura, quae in omnibus Edes- 1. fenisregibus spectatur : in auersa sedet Edessae vrbis genius, qui sistrum tenet, de qua re dicam infra. Ad  $\pi \rho \sigma \tau \rho \mu \eta \nu$  regis nomen aut adfcriptum fuit nullum, aut obliteratum est. In altera area exstant litterae ΥΚΓ qui est annus 423. Edessenus A. C. 111. Vt ad hunc Manum potius referam numum, quam ad Parthos et vultus plane Edessenus me mouet et vrbis genius, quamquam non fatis accurate expressus videtur, et tota monetae quasi natura Edéssena a Parthicis formis abhorrens. Dio Cassius hunc Manum vocauit Auyagov fiue Ay Bagov, diuerfum enim habent Vrsini atque Valesii exemplaria, et quaedam quoque adiecit de Mano finitimae Arabiae phylarcha, vt poffis suspicari, Theodofium Exiguum in excerptis aliquid isto in nomine turbasse, aut quod magis fide est dignum, Dionem in nomine Augari et Mani offendisse. Istius temporibus regis Traianus Imperator ad bellum Parthicum profectus est in fexto confulatu A. C. 112. A. V. C. 865. Antiochiae hyeme ea fuit, qua Vipfanius Meffalla, M. Pedo Virgilianus ordinarii confules primi nundini ad Kalendas Martias magistratum gesserunt, A. V. C. Т 115.

(8) T. I. p. 449. et apud Bern. Montefalconem T. III. parte I. Tab. XLIV.

115. vt Henricus Norifius in epistola consulari accuratisfime constituit. Itaque cum Traianus in propinquo effet, rex Ofrhoenus frequenter et legatos de pace et munera misit, ipse non venit, multa obtendens, quae se retinerent, reuera Parthi opes adhuc respiciens. (9) Hoc est, quod Suidas habet: Αύγαρος βασιλεύς, όςις έωι Τραϊανδτδ βασιλέως ήν λ δώρα αυτώ προσήξεν έκθσε αΦιγμένω. Theodosius in excerptis Dionis, (10) Manum scribit ad Traianum, cum in Mesopotamiam venisset, legatos mifisse de pace : at Traianum eum habuisse suspectum, quod Adiabenorum regi auxilia tulisset, quae a Romanis intercepta et profligata fuerant. Itaque cum illum ad se venire iussisset, non multum moratus Traianus contra Adiabenos est profectus. At Ofrhoenus Arbandum filium ad Traianum misit, adolescentem egregia forma, qui sibi patrique Imperatorem conciliauit. Sic excerpta Valefiana: (1) άτι ό παις ό το Αγβάρο το της Αιδέσσης άρχοντος Αρβανδος καλός η ώραῖος ών, τῷ Τζαϊανῷ ῷκάωτο. η ά-- παντήσας τῷ Tpalarῷ ὁ Σπογάκης την Αίδεσσαν διερχομένω συγγνώμης έτυχεν. Ε γάς παις λαμπρόν οί iné τευμα ήν. Quid hic Acβavδos, vt  $\Sigma \pi$ οζάκης; nifi fi forte ifthuc ex ب معنو Bapµavos, hoc ex اوزط Audarys corruptum fuerit? Compositis Armeniae rebus Traianus Edessam (Alberroan habent excerpta Valesiana, sed Ederrar excerpta Theodosii Exigui) venit. Hic vero Ofrhoenus rex et ab Arbando filio ad

(9) Theodofii Excerp. p. 78. (10) p. 781. (1) Excerpta Valefiana p. 710.

150

admonitus, et praesentissimo perculsus metu, obuiam processit Imperatori Romano filioque deprecante in amicitiam est receptus. Traianus vrbem ingreffus lauto conuinio accipitur, in quo Abgarus ille, fiue magis Manus hic nofter, filium faltantem produ-Sic Theodofii Exigui excerpta Dionis. Suidas xit. eodem respexit : Εδεσσα πόλις Συgias, ας ήν αφικομένω Τρατανώ ύτσαντιάζει πρό της πόλεως Αύγαρος, ίσσυς τε δώβα άγων ν' η σ' η βέλη έξακισμύβια. δέ Τραιανός τρώς λαθών Θώραπας, τάλλα ξύμ. σαντα αυτόν έχην εκέλευσεν. Edessa syriae, in quam peruenienti Traiano ante vrbem obuiam processit Abgarus et munus obtulit equos ducentos et quinquaginta, arma vero ad fex millia: Traianus tantummodo tres thoraces ex illis accepit, cetera eum sibi babere iussit. · Eutropius: Iberorum regem, Sauromatarum, Arabum et Osdroenorum in fidem accepit, aut vt Paeanius eum conuertit Graece : Αξαβίων & Οσδεοηνών τές βασιλεύοντας ύσοσσόνδες έσοιήσατο. Historia Mifcella (2) Hiberorum regem et Sauromatarum et Bofporanorum, Arabum et Hofdroenorum et Colchorum in fidem accepit. Hoc, vt folet, ex Eutropio. Post paullo: Antemusium, Seleuciam, et Ctesiphontem, Babylonem et Edeffam vicit ac tenuit. Codex Ambrosianus pro, Edessa posuit, Messenios vicit ac tenuit. Eutropius item : Edeffios vicit ac tenuit : vsque ad Indiae fines et mare rubum accessit. Sed Paeanius: Σελέυκαν τε κ' ΚτησιΦώντα κ' Βαδυλώνα προσεκτήσα-70.

(2) p. 60. ed. Muratorii,



το. Μεσσηνίες τε μάχη νικήσας κτημά τε η τέτες αυτῶ ποιησάμενος, ἄχρις ἀυτῶν ἐχώγησεν Ινδῶν ἢ τῆς Ecugeãs nademérns gadásons. His iple ordo victarum vrbium nos ab Edeffa abducit. Nam Manusrex Traiano auctor fuit, Anthemusiam ducendi, quae vrbs infra Edessam haud ita longe ab Euphrate sita Sic Suidas : πόλις έςι Μακεδονική ή Ανθεμεσια fuit. γη. ό δε Τραϊανός έξελαύνει ώς έσοι Ανθεμεσίαν γην. έπι τάυτην γάρ η Αύγαρος ύφηγατο ιέναι. Vrbs eft Macedonica Anthemusia et eodem nomine Anthemusia regio, in quam Traianus impressionem fecit, auctore et duce Augaro. Inde ab Anthemusia Traianus Seleuciam, Ctefiphontem, Babylonem cepit, de-Messene insula erat in nique et Messenios vicit. Tigri fluuio sita, in qua Athambilus rex suit, quem a Traiano captum scribit Xiphilinus. (3) Vetus hic tamen error est, qui Eutropii codices inuasit : nam eius fide Sex. Rufus: Ofdroenorum loca et Arabum oc-Ceterum ad hunc Manum regem trahencupauit. dum puto Procopii locum, in quo fic ait: (4)γράνω δε πολλω ύςερον Εδεσηνοί ανελάντες των βαρβάρων τές σΦίσιν ένδημέντας Φρεβές, ένέδοσαν Ρωμαίοις την πόλιν, tempore autem multo post, Edesseni praesidio Parthorum sublato, vrbem Romanis tradiderunt

## XXII. مكنه حزمكديه Maanu bar

De

(3) p. 253. (4) p. 118.

Digitized by Google

De eo Dionysius: anno Abrabae 2130. Maarus bar Maanu regnauit annos 23. et transsugit ad Ex nostra sententia regnare coepit A Romanos. Abrahae 2131. A. C. 116. mense Aprili. Manum hunc forte in castris apud Traianum, cum pater moreretur, fuisse puto et ab Imperatore in fidem esse receptum iureiurando dato, post vbi ab Romanis deficere multas gentes cerneret, cum copiis suis clam Traiano discessifie Edessam, eam autem perfidiam Traianum vltum fuisse, sublato regno et Osrhoëne in prouinciae formam redacta. Vide quemadmodum haec inuenerim: Suidas : δ δε πεgi Μάνον α σεχώρησε δεξιάς τε παραβάς, ας βασιλεύς εδωκε κ σεκος πατήσας, ές ώμοσε. Manus autem recessit, fidem dextera imperator ia firmatam fallens et iu fur andum. Hoc excerptum e veteri scriptore ad nullum aliumquam hunc ipfum Manum recte accommodari potest. Id ego accidisse puto in communiceterarum gentium defectione, eo tempore, cum Traianus in mari Erythraeo nauigaret. Fama rei excitus ad vindictam, Lusium Quietum cum copiis misit, qui Ctesiphontem recepit et Edesfam εξεωολιόζκησε & Sié Φθαζε & ενέ ωρησε, occupatam a fundamentis dissecit et incendit. Sie habent Dio-Traianus vere ineunte A. C. 116. nis excerpta. Ctefiphontem intrauit. Eadem aestate defectionem persecutus est Lusius. Rebus compositis Traianus eundem aduersus Indaeos in Cypro, Cyrenaica et Aegypto rebellantes misit, quos ille in ordinem redegit superstite Traiano: nam Hadrianus sub auspiciis imperii Lusium de medio sustulit. Testes Dio et Spartianus.

Res igitur in Aegypto et Cypro gessit Lutianus. 117. quo anno, decima die Augusti fius A. C Traianus decessit, et anno ante Edessa grauem sensit iracundiam victoris. Videtur autem Lusius is esse, quem Menologium Basilii Porphyrogennetae vocauit Austar hyendra, sub quo Barsimaeus Episcopus Edessae et Sarbelus, eiusque soror Babaea passi funt martyrium. (5) Non igitur est spernendus الغضاة مر.) (Gregorius Malatienfis, cum fic ait : (٥) iudices ab Roma miffos Roham, regno fub-Et videtur Traianus eum in modum res lato. Mesopotamiae in prouinciam redactae ordinasse, vt apud Claudium Ptolemaeum explicatae funt. Iuxta Armeniam Anthemusia erat provincia, sub ea Chalcitis, sub hac Gausanitis et versus Tigrim fluuium Acabene, sub Gausanitide Tingene et in magno Euphratis tractu Ancobarites prouincia. Olrhoënen nullam habet Ptolemaeus, quod a Traiano in imperatoriis diphtheris videret in Anthemusia censeri Ederray, quae in MS. Anglicano vno, quo vsus est Hudsonius, vt altera quoque Macedoniae, Aldeora. Nullamitem Osrhoënen Agathemerus, qui post Seueri tempora secundum Henr. Doduellum fuit. Quod autem Gregorius Malatienfis scribit Edessenum regnum sublatum esse quarto Hadriani anno, de co fic'sentio. Hadrianus Imperator pacis fludio omniatrans Euphratem reliquit, vt Aelius Spartianus et Eutropius testantur. Neque vero Parthis prodidit prouincias, sed sine praesidio et procuratoribus Ra-

(5) T. II. p. 143. 145. ed. Vrbinatenüs. (6) p. 121.



Romanis sui iuris liberas esse iussit. Sic Manus regnum recuperauit. Hanc totam historiam Iulius Africanus videtur narrauisse ad annum quartum Hadriani: Gregorius item videtur non totam, vt erat in Africano, fed partem minimam ex toto ordine excerptam inseruisse eidem anno. Tamen Mesopotamienses potius anno tertio libertatem nacti sunt Hadriani beneficio, quam quarto. Quarto anno Hadrianus res in Moesia ordinauit seque contra Sarmatas et Rossalanos muniuit. At superiori anno, cum in Palaestina ageret, propior fuit Mesopotamiae cura. Scriptores vero nostri nullum certum tempus ediderunt: tantum sub auspiciis imperii produnt. Aelius Spartianus in Hadriano : (7) Partbos in amicitia semper quod inde regem retraxit, quem Traianus babuit, imposuerat : Armeniis regem babere permisit, cum sub Traiano legatum babuissent: a Mesopotamiis non exegit tributum, quod Traianus imposuit.

Exftat numus aeneus, quem Buxbaumius ex oriente attulit. In aduería est Hadriani Aug. vultus cum hoc titulo: . .  $\triangle$ PIANOC. KAICAP in auería AB $\Gamma$ A . . . infcribitur huiusce regis vultus. T. IV. Ex hoc numo duo intelliguntur: primum, Mano huic quoque nomen dignitatis caussa fuisse Abgarum: neque enim ad alium regem pertinet numus. Secundum haec intelligitur, ex eo tempore, cum Traianus Edessam tenuit, atque cum Hadrianus regem reflituit, Osrhoënos reges Romano imperio fuisse ob-V 2 ftri-

(7) c. 21.

Nam ab hoc vsque tempore fignatum nuftrictos. mum Edesseni regis inuenimus nullum, in quo non fit etiam προτομή Romanorum Imperatorum. Videntur tamen Edessae fuisse factiones ad Parthostrahentium res urbis et toparchiae. Hoc in tumultu -Manus a Vale bar Sahru pulfus عبر لبيت رهو ميا discessifit in terram Romanorum, fic enim haec Syriaca commode interpretari possumus. Hoc quod Dionysius ait, accidit A. V. C. 892 A. C. 139. fi annos 23. regnauit Manus. Dionyfius fimul auctor est, Valen annos duos regnasse et postea Manum restitutum alios duodecim annos rerum suisse potitum : cum autem summam annorum, quos regnauit, omnium edit, efficit annos, exceptis iis quos Romae fuit Manus, fex et triginta. Ergo annus integer detrahendus Vali, aut in menfibus praetermissi aliqua confusio est orta. Nolo tamen quidquam mutare, quoniam metuo, ne Dionyfius in calculo ineundo lapíus, annum integrum addiderit Mano, praeter Edessenorum actorum fidem. Nodum illum non facile quisquam foluet. Tempus vero, quo Romam discessit Manus Abgarus, cum Iulii Capitolini testimonio congruit. Is enim auctor est, sub initio imperii Antoniniani Romam venisse Abgarum. Abgarum regem ex orientis partibus sola auctoritate deduxit : caussas regales terminauit. Hadrianus deceffit VI. Id. Iulii A. C. 138. atque ex eo die Antoninus imperauit, vt Ioannes Vignolius in columna Antonini Pii nos docuit. Venit ergo Romam Manus sub initium secundi anni. Regales caussae, quas Antoninus auctoritate terminauit, comprehendunt etiam

etiam res Edessenas. Est igitur Vales a praesidibus Syriae pulsus, aut Romanorum minis regno deiectus.

## XXIII. ojona ja Mo Val bar Sabru.

Dionysius : A. Abrahae 2154 regnauit Vales bar Sabru, annos duos. Nobis ab eodem anno, hoc eft, ab A. C. 139. mense Aprili. Nomen Arabicum fuit. Nam Ju Val, valentem et faluum fignificat, et زهر fabar, lucentem et florentem.

## XXIV. كدنه حز كدنه Maanu

bar Maanu. Dionysius : Post Valen regnauit Maanu bar Ajazeth, postquam ab Romanis rediit, annos duodecim : summa omnium annorum quibus regnauit, anni 36. exceptis bis, quibus Romae fuit. Quod eum Manum bar Ajazeth vocat, is plane lapfus est memoriae, vt facile agnoscas. Ex nostra sententia post reditum regnauit Manus ab anno Abrahae 2156. Aprili mense A. C. 141. Huic puto tribuenda ea, quae supra de Abgaro Vchama Procopius tradidit, vt Augusto persuaserit amorem patriae sibi cordi esse, vt\_deinde reuersus Edessae in modeo pior condiderit. (8) XXV.

V 3

(8) V. fupra p. 20.

158

# XXV. all in the Abgar bar

Manu. Dionysius : anno 2169. regnauit Edessae Abgarus Mani filius annos 35. Nobis A. Abrahae 2168 A. C. 153. Aprili mense. Huius Abgari funt numi sub L. Vero et M. Aurelio Antonino cusi. Nam cum M. Antoninus a Nonis Martiis A. C. 161. Antonino Pio fucceffit et XVI. Kal. Aprilis A. C. 179 obiit, vt oftendit Ioannes Vignolius, tota imperatoria aetas in huius Abgari tempora incidit. Multo autem magis L. Veri. Ergo ad hunc Abgarum referendi funt numi Lucii et Marci apud Carolum Patinum in T. IV. numismatis imperatorum Romanorum (9) Primus <sup>3. 4.</sup> exhibet L. Verum, fecundus M. Aurelium. In auerfa vtriusque est Abgari vultus cum hac inscriptione : ABFAPOC. BACIAEYC. Ioannes Harduinus in historia Augusta (10) hunc M. Antonini numum sic explicat : Societatem se cum Romanis inisse Abgarus boc numo testatur: Partborum regulus, vt videtur. Solemne hoc est Harduino, societatem barbarorum

Soletime noc elt Harduno, locietatem barbarorum cum Romanis crepare, viso aliquo numo cum imperatoris et principis barbari vultu, vt irridere pofsit scriptores et traducere veterem fidem. Is quoque in historia Augusta (1) producit e gaza regis Franciae numum argenteum inscriptum :  $\Lambda OYKIA$ - $\Lambda A$  CEBACTH et in auersa MANNOC  $\Theta I\Lambda OP\Omega$ -MAIOC BACIAEYC. Harduinus fic figus est ad hunc

(9) p. 207. 192. p. 10 780. (1) p. 779.



hunc numum : Lucilla sedens dextra spicas, laeua bastam puram tenet : Partborum rex amicum se Romanorum, non iisdem subiectum et obnoxium, dicit. Sed vt Harduinus ludos etiam in hoc numo facit, ita velim animaduerti, Ioannem Valentem numos omnes nimium elegantes producere, non imitatione vera, fed ex ingenio et arte descriptos. Ergo tiarae, qui in his duobus numis abhorrentem a ceteris formam exhibent, nihil veri habere videntur. Numum autem Manni Philorhomaei Petrus Seguinus, istius Mani, quem Dio Cassius tradit Traiano suspectum fuisse, quod ad Imperatorem vocatus non veniret et Adiabeno auxilia mitteret, fiue filio attribuit, fiue nepoti. Hanc opinionem Laurentius Begerus, nam isquoque numum e gaza Regis Prussiae produxit. (2) cupide amplexus, Cererem interpretatur mulierem cum hasta pura et duabus spicis sedentem atque eodem trahit Dionis testimonium, L. Verum defidiae amore apud Antiochiam cum Lucilla egiffe, cum res contra Parthos a legatis gererentur, huic autem turpitudini velamentum imposuisse curam commeatus, quam susceptit. Igitur cum Mannus frumento et omni commeatu subuenerit, ea caussa Lucillam hunc numi fignati honorem ei habuisse pu-Paene mihi persuadet suam et tat Begerus. Seguini sententiam, vt hunc numum, quem e T. IV. Begero appono, ceteris numis Abgarorum inferam. Tantummodo in hoc quoque numo.nimia elegantia non

Digitized by Google

(2) T. II. p. 678.

non ex imitatione vera, sed ex artis aemulatione me offendit. Cusus est intra annum Christi 163. quo anno Lucillam ad L. Verum deductam fuisse in Afiam Pagius nos docet, et A. C. 165. quo anno idem Pagius de Parthis triumphatum esse multis argumentis cognouit. Vnum me maxime a Seguini etBegeri opinione retrahit, quod in hoc numo Mannus ille dicitur, qui suo in numo dictus suit Abgarus. Nisi diuinare licet, numum a Lucillaipsa Antiochiae cusum huic errori nominis occasionem esse nactum eam, quod Abgarus bar Manu dicerctur, nihil aliud scrupulum nobis eximere potest. Is autem honos, nulli regi barbaro a Romanis est tributus. Ouare fit potius hic Mannus Philorhomaeus, qui ipse numum suum Lucillae vultu infigniuit, alterius toparchiae regulus, praesertim cum nihil similitudinis inter hunc numum et ceteros Edessenos intercedit. Sunt a Romanis illo tempore res gestae, quae et metum iniicerent superbiset amicos in fide atque officio continerent. Anno extremo Antonini Pii bellum Parthi appararunt, initio Marci et Lucii susceptrunt, fugato Atilio Corneliano, qui Syriam administrabat (3) et Seueriano Celta legato Romani exercitus in Armenia ab Othryade duce Parthorum caefo (4) Syri etiam defectionem agicum legionibus. tabant. Hoc e Capitolino coniicimus accidisse, (5) cum L. Verus ab Vrbe effet profectus ad bellum Parthicum. Profectus est A. С. 161. VĽ

(3) Spartianus iu Marco c. 8. (4) Xiphilinus p. 270, Lucianus In Pleudomante p. 764. 765.

vt Antonius Pagius contra Henricum Norisium vere contendit. Ex eo tempore, dum L. Verus vrbes defidiofi in morem obit, dum Laodiceae aut ad Daphnen aut Antiochiae agit, per Statium Priscum et Auidium Cassium et Marcium Verum Cappadociae praesidem bellum confectum est, Babylone et Ctefiphonte captis, assertaque Armenia. (6) Quarto autem anno confectum esse, Capitolinus testatur. In tanta Romani nominis fortuna, Melopotamiae vrbes victoribus adulatae sunt, in quibus Carrheni quoque se Philorhomaeos et Aureliam vrbem vocarunt apud Ioannem Valentem in numis. (7) Atque de hoc bello Corinthius ille, cuius Parthica Lucianus (8) perstringit et soede lacerat, Edeora uev δή έτω τοις όπλοις περιεσμαραγείτο, ita tum Edessa armis circumstrepebat. Verum ex tot scriptoribus, qui bellum Parthicum per vera et falsa prodiderunt, nullus hodie exstat, vt tenuis memoria supersit. Et L. Verum quidem fui mores Syris ceterisque ridiculum faciebant, sed confecto bello, regna regibus, prouincias vero comitibus suis regendas dedit Verus, vt ait Capitolinus. Eam ab caussam tam accurate annotarunt Edesseni in chronico (9) L. Caesarem cum fratre Parthos Romanis subiecisse, anno imperii quinto, hoc est, A. C. 165. quo anno debellatum triumphatumque esse diximus. M. Antoninus au-X tem

(6) Spartianus in Marco c. 8. et in Vero c. 7. Eutropius I. VIII. c. 5. Sex. Rufus c. 21. (7) de coloniis Imperatorum t. 1. p. 179. (8) Quomodo conferibenda historia p. 617. (9) p. 390.



tem post L. Veri mortem toti Asiae praeesse iussit Auidium Cassium, qui Parthos fregerat, vt memoria rerum gestarum tanto obsequentiores retineret Mesopotamiens.

# XXVI. (20) Abgar Severus.

De eo Dionyfius: anno 2203. regnauit Abgarus Seuerus cum filio annum I. menses VII. Ex nostra quoque fententia ab A. Abrahae 2203 seu A. C. 188. Aprili mense regnauit.

# XXVII. ip i i Maanu bar

Abgar. Dionyfius : post eum regnauit Maanus filius eius annos XXVI. Magna est in annis Abgari Seueri et Mani filii et Abgari nepotis confusio. Primum enim Abgarum ad Seuerum Imperatorem vsque supersuisse, agnomen Seueri indicat. Vnde enim hoc nomen Romanum duxisset? a Septimio Seuero patruo imperatoris ? a Seuero autem imperatore adhuc priuato? neutrum forte nouisse poterat Abgarus, aut alicuius facere. Neque Abgarus primis Seueri imperatoris annis cognomen Seueri accipere potuit, cum a Syriacis exercitibus colereturin propinquo Pescennius Niger. Igitur hic error Dionysii regnumAbgari Seueri breuiori spatio neque intraSeptimii Imp. auspicia definientis, ex eo videtur ortus, quod Abgarus annum vnum, menses septem regnauit

uit solus, postea autem in societatem regni accepit Manum filium. Alter est error, quod Dionysius Manum annos 26. regnasse perhibet et tamen filium eius Abgarum anno Abrahae 2216. fuccessiffe prodit hoc eft, A. C. 200. Et verum hoc postremum esfe e chronico Edesseno constat. (10) Illius enim fide Abgarus bar Maanu anno Edesseno 513. Nouembri mense, rebus iam praesuit, ho'c est, A. C. 201. Septimius Seuerus contra Didium Iulianum ab exercitibus Germanicis ad Carnutum imperator dictus A. C. 103. Idibus Aprilibus, ocius Romam duxit et tricesimo die, ab eo, quo venerat in vrbem, ad-' ueríus Pescennium Nigrum profectus est. Huic Syria omnis et Afia dicto audiens erat, reges vero et fatrapae trans Euphratem legatos miserant gratulaturos et opem suam pollicituros, vt Herodianusscribit. (1) In ceteris Abgarum quoque ct Manum reges legationem misisse, non alienum a fide videtur. Pescennius victus est A. C. 194. et a militibus An-Interea Ofrhoeni et Adiabeni temtiochiae occifus. pus nouandi res rati, Nifibin obsederunt, vt est in Theodofii Exigui excerptis Cocceianis (2) et repulsi a Seueri partibus, Pescennio debellato, legatos miserunt ad Seuerum non excusatum, quod iniuste fecerant, sed gratiam sibi habendam postulantes, tamquam Seueri caussa arma cepissent. Et ostentabant se in primis, quod Pescennii milites obtruncassent. Miserunt etiam munera, spolia item et captiuos se X 2 red-

(10) p. 390, 417. (1) L. II. c. 31. (2) p. 848.

reddituros polliciti: at praesidia de castellis, quae armis ceperant, deducere nolebant et tributum detrectabant : immo iubebant quoque, vt de sua regione milites Romani deducerentur. Hac cauffa bellum illatum est Osrhoenis. Seuerus imperator, vt Xiphilinus ex Dione habet, traiecto Euphrate Nisibin petiit, et ad eam vrbem consedit, Laternum vero Candidum et Laetum diuersis itineribus contra rebelles proficisci iussit, qui et regionem depopulati sunt et vrbes occuparunt. Quibus rebus geftis Severus ažίωμα τη Νισίβι δές, vrbem equitiRomano regundam tradidit, ipse autem aduersus Clodium Albinum duxit, gratiofum et nobilem homi-Haec tutisfime credimus Dioni Cassio, illonem. Aelius Spartianus rum temporum fenatorio viro. tantummodo fic habet: (3) circa Arabiam plura gesfit, Parthis etiam in ditionem redatis, nec non Adiabenis : qui quidem omnes cum Pescennio senserant. Audiendus igitur non est Herodianus, (4) cum Seuerum regiones vltra Euphratem non attigisse scribit. Quod autem Parthos subactos refert Spartianus, id de Osrhoenis quoque interpretor, de quibus idem ille Aelius: (5) Perlarum regem Abgarum subegit. Et Aurelius Victor : Agarrum Persarum regem subactum dixit, A+ garrum pro Abgaro. Cum vero Ofrhoenos modo Persas, modo Parthos nominant, id eo factum, quia postremis temporibus vlteriora Euphratis, quae Parthorum fuerant, Persae tenuere. Ergo etiam - Eu-

(3) c. 9. (4) L.III.16. (5) c. 18.

Eutropius et Sex. Rufus Anthemusiam magnam et opimam Persidis regionem dicunt, quae in Mesopotamia erat et ex instituto Traiani ipsam Osrhoenen comprehendebat. Quare cum in numis et lapidibus L. Septimius PARTH. ARAB. ADIABENICI titulos retulit, sub Parthico Osrhoeni regis victi gloria comprehensa est.

Ceterum mihi propemodum persuasum est, Abgarum Seuerum illum esse, quem cum Mano filio commemorauit Iulius Africanus in extremo aliquoCeforum libro. Habemus excerpta  $\tau \tilde{\omega} r$  Kez $\tilde{\omega} r$  Graece tantummodo edita a Melchifedeco Theuenoto e duobus MSS. regiis et vno Colbertino. In his cum dixisset, quanto temporis interuallo telum a iactu metam feriat et vt non interruptum iter teli vna nocte et die vicies mille stadia conficere possit, quaue id arte et ingenio peragi velit, illius ludicri testes citat Sirmum Scytham et Bardesanem Parthum. Tum vero ita fatur, quantum nos quidem corruptelis foedissimis deprauatum exemplar secuti, animo percipere possumus : μόον η αυτός, έναγκάς το βασιλέως Μάννε τε παιδός αυτε (haec puto transposita effe et corrupta, neque enim quis Enancarus rex effet, vel ipse Boiuinus, vir summa doctrina, indagare potuit : ego fic emendo: Hoor & dutos, Márre të Auyáce të βασιλέως παιδός) πολλάκις πειράσαντος, έμδ ύΦηγησαµévs vidi, inquit, iple, cum Mannus filius Abgari regis saepe me praeeunte (praecipiente) idem experiretur. Iu-X 3 lius

(6) In veterum Mathematicorum collectione Theuenotiana p. 300

lius Africanus in Syria egit et pro Nicopolitanis seu Emauntis vici ciuibus legatione ad Alexandrum Seuerum Imp. aliquanto post tempore defunctus est. Iniecisse autem eum in Cestis mentionem huius Abgariex Georgio Syncello (7) cognoscere mihi videor. Nam cum ifthic nouem Ceftorum libros Alexandro Seuero a Iulio Africano dedicatos commemorat, fic ait: Αφρικανός Αβγαρόν Φησιν ίεχον άνδεα, τη πεώην Αυγάρε δμώνυμον βασιλεύειν Εδέσης κατά τέτες τές χεόνυς. Hic & πρώην Αύγαρος videtur effe aut Abgarus Seuerus, cuius etiam mentionem iniecerat aut Abgarus Vchama. Praeterea vero illo in loco Cestorum Iulius Africanus de Manno narrat, cum aliquando submeridiem venarentur, accidisse, vt vrsa e lustro impetum faceret adeo praeferocem, vt omnes prae metu latebras et fugae capessendae vias quaererent, Manum vnum ceteros bono animo esse iussisse atque illico duabus fagittis confixisse ferae oculos. Ipsum Bardefanem Parthum, quem postea narrat sagittandi sic peritum fuisse, vt telis illis suis hominis effigiem exprimeret. veluti aliquis pictor, Edessenum fuisse reor, quod nomen ipsum indicat, quemadmodum supra expofui. Et Ofrhoeni item vt Parthi in fagittando eximü fuerunt, quod infra demonstrabo ex Herodiano. Vito Albino A. C. 198. vt nos docuit Pagius, ciuili bello adhuc occupabatur Septimius Seuerus, (8) cum Parthi maximis copiis inuaderent Mesopotamiam. Totam ferme occuparunt, vix a Nisibi repulsi virtute

(7) p. 359. (8) Xiphilinus p. 324.



١

tute Laeti. Cum ad opem adflictis rebus ferendam Seuerus Imp. feftinaret in orientem, transfugit ad eum Aϋγαρος Οσζωηνῶν ϐασιλεύς et traditis obfidio filiis fagittarios multos auxilio adduxit, vt habet Herodianus. (9) An, quia a Parthis Edessa pulsus erat? Sed adhuc incertum manet, an is fit Abgarus Seuerus, an Manum hunc Abgari filium Herodianus vocet dignitatis nomine Abgarum. Profectus eft Imperator ad Parthicum bellum A. C. 199. atque ifthuc bellum confecit A.C. 202. Nam cum a Parthico bello rediiffet Antiochiam, data Antiocho Caracallae virili toga, eum fecum confulem effe iussi et statim in Syria confulatum iniit, vt Aelius Spartianus auctor eft. (10) Ex eo compertam habemus veram temporis rationem.

Sed nondum nos expedire poffumus ex laqueis, quibus heic conftricti tenemur, nifi nobis coniectura dea fit praesens et propitia. Mei est periculum ingenii, non alterius., quis mihi igitur hanc audaciam inuidebit, cum ita censeo? Abgarum Seuerum supersuisse admodum fenem bello Parthico primo, et a Septimio Seuero restitutum in Edesseno regno, ex quo Pescennianae factionis studio exciderat, cognomen Seueri, honoris caussa accepisse: at seuero Imperatori. Et ad hunc Manum refero numos tres, quos Buxbaumius ex oriente attulit. Non possum ad Abgarum Seuerum, quo-

(9) L. III. c. 27. (10) c. 16.



quoniam vultus in his numis vigorem aetatis prae se fert, non decrepitam senectutem, qualem in eo fuisse oportuit, qui altero anno filium adsciuit so-Non poffum quoque hos numos referre ad cium. Abgarum Mani filium, Abgari Seueri nepotem ob lineamentorum in vultu discrepantiam et quoniam hi numi in tiaris aliquid profani ritus et superstitionis habent, cum Abgarum Mani filium christianae pietatis amantem fuisse constat, idque crux in tiara T. IV. eius confirmat, vt dicam postea. Primus numus 6. habet Septimii Seueri Imp. vultum inscriptum: CEOTHPOC atque Abgari vultum cum titulo AB---- BACI---- Alter infcriptus est in aduersa T. IV. CEOTHPOC. ATTOKPA. et in auería ABFAPOC  $T_{T_{1}}$  IV. BACIAEYC omnibus litteris. Tertius plane deprauatum habet nomen Imperatoris Seueri in hunc modum CEOTHCIOC. V. (quod V corruptum A eft. ex Αυτοκεάτωε) in auería ΑΒΓΑΡΟC ΒΑCΙΛΕΥC. Ad eundem Abgarum etiam refero hunc numum, quem e gaza Regis Prussiae Laurentius Begerus (1) atque e Begero Bernardus Montefalco in spisso antiquitatum veterum fyntagmate exhibuere. (2) T. IV. Tantummodo in tiara fibi aliquid permissifie videtur Begerus, vt eum restitueret ex ingenio. 9۰ Titulus

adueríae CEOYHP. aueríae ABTAPOC.

## XXVIII.

(1) Thef. Brand, T. III, p. 130. (2) T. III, Parte II, Tab. XLIV.



XXVIII. 2 ; 2 Abgar bar

Maanu. Dixi iam supra, videri mihi, hunc Ab. garum anno Abrahae 2216. A. C. 200. regnare coe-Nam ita Dionysius habet et A. 201. eum vtipiffe. que regem fuisse, e Chronico Edesseno constat. Dixi item, patrem Manum cum filiis ad SeptimiumSeuerum in castra venisse A. C 199. Itaque paullo post, defuncto patre, Abgaro regnum Edessenum restituit Imperator, profligatis in Mesopotamia Parthorum factionibus. Chronicon Edeffenum tradit, (3) Anno Seleucidarum 513. A.C. 201. Edesfam ab eluuione aquarum effe defolatam. Nam fons e maiori palatio Abgari Magni profluens, tam infolitis auctibus redundauit, vt atria, porticus, aedesque regias repleret. Rexipfe repentino perturbatus malo, in montem imminentem profugit, vbi officinae regiorum opificum erant. De hoc fonte Eggehardus Vragienfis in hunc modum scribit: (4) A diebus antiquis inexpugnata nunquam manum dederat vrbs illa ampla paganis (hostibus ethnicis) eo quod muris vltra bumani operis qualitatem firmis, fluuio quoque intus ebulliente, omni etiam situ naturali populique et victuum muniatur fertilitate. Dum de hac eluuione aquarum confultatur, nocte ea tanta vis imbrium cecidit, vtDaisan fluuius, quem Scirtum vocabant Macedones, die et mense non suo, excedens ripa, planitiem omnem inun-Ac cum cursus eius ab vrbe cataractis ferreis daret. cocrceretur, partem moenium disiecit. Abgarus e turri, quae دفرسبا Persarum vocabatur, aquas contempla-Y

(3) p. 3. (4) p. 585. ed. Eccardi..

platus, confilia omnia in vanum adhibuit. Quippe quod muri parte, qua occasium spectat, prostrata, et palatio euerso, immissi in vrbem fluuius, qua data via, domos, austrum versus et boream fluuio obiectas labefactauit et praecipites dedit.

templum هيكلا دعانا دقريسطبنا templum ecclesiae Christianorum corruit. Oppressum est hominum ad millia duo: plerique fomno fopiti. Sedata tempestatis et fluminis violentia et aquis residentibus, de proferendo fluuii alueo confilia agitata sunt, effectumque per architectos, vt quam amplissimus effet. Nec tamen satis erat cautum repentinis inundationibus, quod in Daisanum quinque et viginti torrentes aucti et suis et alienis aquis se effun-Itaque rex cum antea iussifiet, vt opifices, derent. qui iuxta Scirtum in porticibus merces exposuerant, longius a flumine confiderent, nunc etiam prouidit, vt ab Octobri ad Aprilem mensem noctu in alias aedes concederent, vtque Mesopotamienses praesidiarii quini excubias agerent in ea muri parte, qua vrbem fluuius alluit, qui vbi aquas augeri sentiant, ciues monerent, poena constituta, si quis neglexisset.Palatium vero ad scaturigines fontis Abgarus reparauit, hibernum autem construxit دببت تبرا quod in Tabara monte. Regem secuta nobilitas in vicinia palatii aedes condidit, qua eminentisima vrbis pars erat, cui nomen ببت سحريا Saharitarum regio. Vectigalia rex ad quinquennium remisit et ciuibus et pagorum castellorumque incolis. Ita ciuitas frequentía oppidanorum et aedificiorum est exornata. Haec بهر Haec قبوما بر مجرطط Mar Jabab bar Schamefeb et بر شمش

Kajuma bar Magartat, scribae Edesseni in actis confignarunt et بردين وبولبد Bardin et Bulid praefecti archiui in tabulario memoriae caussa posuere. Haec aut acta aut conscripta sunt post A. C. 205. aut interpolata sunt ab auctore Chronici Edesseni. Nam ad annum Edessenum 517. qui init A. C. 205. exeunte, palatium illud regium ab Abgaro aedificatum effe, chronicon testatur. Ergo ad A. 513. plurium acta annorum confignata fuere. Quod de ecclesia christianorum ponunt notarii, id argumento est, homines, qui haec scripserunt, profanos fuisse. Scripsere enim iis verbis, veluti religio christiana nihil ad se pertineret, sed ad ciues quosdam vrbis. Abgarus rex autem christianus vtique fuit. Nam ad Olympiadis CXLIX. 1. qui est extremus Abgari huius, Eusebius : ΑΦεικανός Αύγαεόν Φησιν ίερον ανδεα το πρώην Αυγάρε δμώνυμον βασιλέα Εδέσσης, Africanus Augarum dicit, sanctum virum cognominem Abgari,qui ante eum fuit, regem Edessenum exstitisse. Professionem qualemcunque christianae religionis, titulo fan-Nam plerique, qui in Mesoctitatis cohonestauit. potamia et finitima Syria religioni veri numinis fauebant, profanitatis retinentes suerunt. Vt ille ipse Iulius Africanus, quas, deum immortalem praeftigias et superstitiones impie credulus Cestis intexuit? Nec chronologia eius vanitate caruiffe videtur Boiuino. Iam Bardesanen quid dicam? qui apud Abgarum au-&oritate praepolluit, quemque Epiphanius (5) Abgaro Y 2 Edes-

Digitized by Google

(5) Haereli 56. -

Edessenorum principi viro sanctissimo familiarem fuisse fcribit et fimul adjutorem eruditionisque socium. Hic Bardesanes Edessenus fuit, vt supra de-Edessenum chronicon (6) eum natum monstraui. refert, A. Sel. 465. XI. Iulii A. C. 154. Epiphanius aetatem Abgari regis viuendo excessifie Bardefanem scribit, ad Antoninum vsque : puta Antonierat autem tum sexagenarius et num Elagabalum : aliquanto maior. Hic Bardesanes quidem contra Abidam astrologum libro de fato disputauit et inanitatem aftrologorum hariolarionumque proscidit, ipse tamen inuetératos errores non ita deposuit, vt iisdem christianam religionem non deformaret.Quamobrem S. Ephraemus Syrus, diaconus Edessenus, saepe et vehementer in Bardesanem sectaeque istius homines inuectus est. Vt Bardesanes instituerat ingenii sui commenta caelesti veritati admiscere, ita Harmonius filius eius carminibus incredibili suauitate multos peruertit atque opinionibus paternis adsociauit, quae nihil admodum a Valentinianorum deliriis discreparunt. (7) Bardesanes ipse apud Eusebium (8) fcribit, in Ofrhoene plerosque Opi seu Rheae esse castratos, hoc autem tempore Abgarum regem mandata dedisse, qui eam turpitudinem in se admitterent, illorum quoque manus vti praeciderentur: ex eo in Osrhoene se neminem mutilare. Erat autem et Hierapoli et omni in Syria atque Mesopotamia il-10

(6) p. 389. (7) Vid, Astemanus T. I. p 48. (8) In praepar. euang. L. VI. c. 10.



172
















le furor frequens qui deinde etiam refuscitatus est, vt Constantinus seuerissima lege coercuerit. (9) Perperam Carolus Patinus illa sub Abgaro Vchomo rege contigisse censuit. (10) Ceterum Bardesanes quoque auctor est, eam praeterea legem inOsrhoene suisse, vt non modo adulterii conuictae capite plecterentur, verum etiam, si qua esset tantummodo flagitii issus sus sus vti darent. (1)

Abgarum hunc christianum professione fuisse,etjam numi testantur, in quibus tiarae non superstitionis foetorem prae se ferunt, Beli et ceterorum deorum astra, sed insigne deuoti Christo animi, crucem. Primum e Carolo Patino accepi. (2) Est in aduer. T. V. fa Seyeri Imperatoris vultus, infcriptus A. CEII. CEOTHPOC in auería vultus Abgari, cum titulo ΒΑCΙΛ. ΜΕΓ. ΑΒΓΑΡΟΟ. Βασιλεύς Μέγας Αβ-Vides hic in tiara ornatum crucis in moγαρος. Alium ornatum numus habet, quem e gaza dum. regis Francorum adfert Spanhemius, (3) inscriptum ΒΑCIΛ. ΜΕΕΤ. ΑΒΓΑΡΟC. In titulo credo T. v. chalcographi inscitiam peccasse, cum in numo MEr. effet scriptum: talia errata in elegantissimo opere exstant prope infinita. Sed eximius plane est, quem ex T. V. Baudelotio exhibet Spanhemius, in aduersa inscri- 3. ptus CENT. CEOYP. in auería BACIA. A. AIA. **CEΠT. ΑΒΓΑΡΟ** Βασιλεύς Λύκιος Αίλιος Σεωτίμιος Αβγαgos, vbi in tiara vtique disertissimum est fignum Y 3

(9) Codi e L. IV. tit. XLII. (10) in numis Imperatorum p. 192. (1) ib. spud Eusebium. (2) l. c. p. 227. (3) p. 535.

Alium quoque Baudelotius habuit fignum crucis. numum cum epigraphe BACIAEYC. AIA. CENTI MIOC. ABSAPOC. Ioannes Harduinus, cum ex Baudelotio illos numos in historia Augusta (5) produxiffet, quem folet, fumum vendit. Duxit Abgarus Seueri Augusti filiam Aeliam Septimiam, quam Souerus fusceperat cx prima coniuge filia M. Antonini et Faustinac: idcirco Abgarus L. Septimius Aelius eft. Dii eum odio habuere, qui ausus est ludificari ingenuos et liberos homines suis illis vafris canillationibus. Atque vt ille in nomine Abgari longam fabulam apparat, ita Ezechiel Spanhemius suspicatus est, aliquem ex Abgari maioribus ab Aelio Antonino Pio id nominisarripuisse aut a L. Aelio Vero. Sed nemo maiorum Abgari L. Aelius est dictus, neque hic Abgarus opus habuit, vt se ab Antonino Pio aut L. Vero nuncuparet, tametsi quisquam alius rex Edessenus ante cum se nominari esset passus. Ego potius censeo, totum isthuc nomen adulationi in Antoninum Commodum effe tribuendum. Nam quis nescit, quanti L. Aelium Commodum fecerit Septimius Seuerus? ea cauffa etiam filium M. Aurelium Antoninum vocauit, veluti illam in domum adoptatus effet. Poteft igitur fieri, vt Commodi respectu, quem Septimius Imp. in caelum laudibus ferebat, Abgarus se familiae Aeliae inferuerit et filium quoque suum Antoninum vocauerit, vt infra declarabo. Scire autem

(5) p. \$01. operum.



tem hoc potuit Abgarus : fuit enim Romae. Nam de nullo alio explicari poteft, quod in Auito Dio Caffius Xiphilini (6) habet , Aurelium Zoticum Smyrnaeum adductum effe in vrbem tanta pompa , quanta neque Augarus dignatus fuerit Seueri, neque Neronis temporibus Tiridates. Atque tametfi Zoticus vi eft adductus in vrbem, 'tamen non ideo etiam Abgarus, quoniam neque Tiridates Armeniae rexaliter quam accipiendo diademate Romam venit. Neque ita infaniebat Septimius Imp. vt captiuos magno cum honore acciperet , quemadmodum homo obfcoeniffimae vanitatis Auitus.

Quo autem tempore Romae fuisse dicam Abgarum ? Edessae eum fuisse A. C. 201 et 205 exeunte aut 206 ineunte e chronico Edesseno comperimus : itaque verosimile est, Imperatorem, cum A. C. 202 a Parthica expeditione decederet in Vrbem, secum duxisse Abgarum honoris caussa. Interfuit igitur decennalibus Septimii Imp. A. C. 203. ac forte etiam ludis secularibus A. C. 204. Tum ille rex, qui tam magnifice fuerat acceptus, titulo quoque Baoilieus Meyals auctus eft, qui ex eo tempore in numis fignatus fuit. Sic etiam in chronico Edeffeno: ابجر ملكا ربا Abgar rex magnus, ex tabulis publicis dicitur, quae post A. C. 205. confignatae fuere. Spanhemius quidem existimat, eo magnum dici Abgarum, quod reges Edeffeni Acabir, hoc eft, magni et filii eorum اصاغر Azagir mi-

(6) p. 371.



minores citarentur. Et prouocat ad catalogum Gaffaniorum regum apud Pocokium. Sed nihil ille Gaffaniorum regum catalogus ad Abgaros nostros. Aegre igitur facere voluit Parthis Imperator, qui fe reges magnos et regum reges ferebant. Quae caussa etiam suit, vt Antiochus Commagenus vetustis opibus ingens et inferuientium regum ditissimus, rex magnus a Romanis nuncuparetur. In numis BASI-AEYS. MEG. ANTIOXOS. EIII.KOMMAGHNON Rex magnus Antiochus Epiphanes Commagenorum. Sic ctiam Caesarion rex regum ab Antonio IIIviro eadem caussa dictus, ne nunc alia quoque exempla proferam.

Hic tamen Abgarus per infidias M. Aurelii Caracallae regno est exatus. Is enim cum Parthicum bellum meditaretur et ab Alexandria venisset in Mefopotamiam, (7) Edessam petiit. Ibi cum ad eum Abgarus tamquam ad amicum accessit vocatus, in vincula coniectus est. Edessa rege destituta, capta est. (8) Cauffam calamitatis illius in excerptis Valefianis Dionis Caffii (9) conservatam habemus. Scribit autem, Abgarum Ofdroenorum regem, postquam mperium in populares satis firmasse sibi visus est, omne crudelitatisgenus de προέχοντας αυτων in optimates et principes gentis viros exercuisse, cum eos specie quidem ad Romanos mores transire cogeret, reuera autem potentia sua abuteretur. Haec caussa aliquam habet speciem, quod spadones graui edicto fieri vetuit Caracalla Edessae hibernauit (10) at-Abgarus. que

<sup>(7)</sup> Herodianus L. IV. c. 21. (8) Dio Caffius in fragmentis apud Zonoram T. I. p. 613. et apud Xiphilinum p. 352. (9) p. 746. (10) Aelius Spartianus p. 717.

que inde Carrhas petiit sub verem. A Martiale occifus est die natali, ipsis Megalensibus VIII. Id. Apriles, vt Spartianus: vt autem Dio Cassius VI. Idunm. Eutropius (r) in Ofdroene apud Edessam defunctum refert et sunere elatum publico, quod cum non intelligeret Sex. Rufus Eutropii compilator, in Ofdroene apud Edeffam propria morte fic fcripfit : obiit et sepultus est. Naturali fato defunctum dicit, quoniam Eutropius defunctum, ambiguo vocabulo prodiderat. Edessae sepultum addit Rusus, cum Eutropius elatum publico funere scripsifiet, sine mentione loci. Mortuus est autem prope Edessam, cum Carrhas peteret, vt Spartianus diserte habet.Georgius Syncellus (2) occifum fcribit, πεός Kagiais & Eδέσση, πόλης δ'άῦται τῆς Οσροινῆς, inter Carrbas et Edessam, quae Ofrböenae vrbes sunt. Sic etiam Gregorius Malatiensis (3) et multi alii. Macrinus reliquias eius Antiochiam misit ad matrem, vt He-(4) Incidit mors Caracallae in rodianus testatur. A. C. 217. Aprilem incuntem A. V. C. 970. A. Abrahae 2232. qui a superioris anni Septembri mense procedebat, seu in A. Abrahae 2233. qui a Septembri A. C. 217. processure erat. Igitur Dionysius Telmariensis ad hunc A. Abrahae 2233. beic regnum Ofrboenum corruit, postquam annos trecentos quinquaginta duos steterat: post id tempns Romanis obnoxii suere Edesseni. Eadem caussa Iulius Africanus Ab-Z

(1) p. 209. (2) p. 356. ed. Paris. (3) p. 126. (4) L. IV. 13.



Abgarum suum sanctissimum virum ponit ad annum primum Olympiadis 249. qui exorsus est illo A.C. 217.

Duo filii huius Abgari commemorantur in veteri lapide ad D. Pauli bafilicam eruto, quem primus Iacobus Sirmondus ad Sidonium Apollinarem (5) produxit atque ex eo Reynefius (6)

ΈΚΤΟΝ ΕΠ ΕΙΚΟΣΤΩΙ ΠΛΗΣΑΣ ΕΤΟΣ ΑΒ-ΓΑΡΟΣ ΕΝΘΑ

ΤΑΡΧΥΘΗ ΜΟΙΡΩΝ ΩΣ ΕΠΕΚΛΩΣΕ ΜΙ-ΤΟΣ

Ωι ΦΘΟΝΟΣ ΩΣ ΑΔΙΚΟΣ ΤΙΣ ΑΠΕΣΒΕ-ΣΕΝ ΑΡΧΟΜΕΝΟΝ ΦΩΣ

ΛΥΠΗΣΑΣ ΤΟ ΓΈΝΟΣ ΚΑΙ ΦΙΛΙΟΥΣ ΕΤΑ-ΡΟΥΣ

ΤΥΜΒΟΝ Δ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΕΩι ΘΕΤΟ ΤΟΥ-ΤΟΝ ΑΔΕΛΦΩι

ΟΙΣΙΝ Ο ΠΡΙΝ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΛΒΓΑΡΟΣ ΗΝ ΓΕΝΕΤΗΣ.

Iacobus Sirmondus ita latino carmine expressit:

Qui sex bisque decem compleuerat Abgarus annos, Parcarum duro est bic situs imperio. Primaeuam exstinxit lucem cui liuor iniquus, Moerore adficiens et genus et socios. Germano bunc tumulum fratri dedit Antoninus, Abgarus olim rex queis genitor fuerat.

Fue-

(5) L. I. Ep. 8. (6) in syntagmate p. 330.

Fuerunt igitur duo fratres, Antoninus, vt videtur. maior, et Abgarus minor, qui vicesimo sexto aetatis anno obiit : filii Abgari το πείν βασιλέως, eius qui dudum rez fuit. Mortuo Antonino et genus omne Abgarorum et necessarii dolore adfecti funt. Igitur praeter hunc Antoninum alii ex stirpe regia fuerunt, fiue Romae, fiue Edeffae. Abgarus Seuerus admodum senex regno potitus est, vt supra ostendi. Si igitur septuaginta annos natus ad regnum venit. potuit habere Manum filium annorum quinque et quadraginta et nepotem Abgarum annum iam agentem vicesimum? igitur hic Abgarus paene quinquagenarius fuerit, cum regno exueretur : et potuit tum habere filium natum annos quatuor et viginti, fiue hunc, cui Antonini nomen dedit, siue aliquem alium, qui A. C. 242. cum a Gordiano bellum gereretur aduersus Persas annos propemodum quinquaginta fuerit natus. Et est is Abgarus, quem sub Gordiano regem in numis cernimus ea vultus forma, quae talem aetatem deceat. Medio inter haec tempora, quibus Edessa capta est, et quibus Abgari iterum partem regni recuperarunt, interuallo, haec inscriptio posita est Romae fratri ab Antonino in priuata domus forte et honesto exilio. Videntur autem in honore fuisse Romae Abgari. AeliusLampridius (7) in Alexandro Seuero : cum quidam ex banoratis vitae fordidae et aliquando furtorum reus per ombitionem nimium ad malitiam adspirasset, idcirco Ζ2 quod

(7) c. 18.

quod per reges amicos ambierat, admiss, statim in furto praesentibus patronis detectus est, iussque a regibus audiri, damnatus est re probata : et cum quaereretur a regibus, quid apud eos paterentur sures, illi responderunt crucem. Crux orientis reges indicat. Qui alii, si non hi ipsi τὸ γένος τῶν Αβγάρων reges tum Romae suerunt ?

LI-

## HISTORIAE OSRHOENAE ET EDESSENAE

#### E NVMIS ILLVSTRATAE

## LIBER QVARTVS

Quo in statu res Edessenorum fuerint, vsque ad illud tempus, cum in Saracenorum potestatem redacti sunt.

Vm Antoninus Caracalla Edeffae hibernaret, Abgarum regem in vincula coniecit, Ofrhöenen in prouinciae formam redegit, vrbem Edeffam coloniae et metropoleos dignitate mactauit. Aelius Spartianus : Edeffam in Ofrhoene in prouinciae formam redegit, amico regeAbgaro non victo, fed vincto perfidiffime. Coloniam autem Edeffam et metropolin in tot numis ab eo tempore vocari reperimus. Apud Ioannem Harduinum eft numus Caracallae infcriptus : KOA. EΔECCA. Apud Ioannem Valentem (1) Caracalla ad medium Z 3 vs-

(1) De coloniis T. II. p. 35.

vsque corpus capite laureato eft, titulo hoc: AΥΤΟ.
T. V. KAIC. MAP. AΥΡ. ANT. auerfa habet duo capi-<sup>4</sup> ta turrita et velata, inter quae ara cum igne facro, epigraphe KOAΩ. MAP. EΔE. Hunc numum Carolus Patinus quoque produxit, (2) nihil de eo adfirmare aufus. At Ioannes Harduinus mutilum pùtat numum fuiffe et legi oportere. M. AΥΡ. ΕΔΕС-CA. Ioannes Valens tamen auctoritatem Patini non refugit et explicat vt fit: Κολωνία Μαguía Εδεσσα. Tertius numus in Patino, Valente et dudum in Huberto Golzio cum capite vno turrito et velato KO-

 T. v. ΛΩ. MAP. EΔECCA id verum effe confirmat.
 <sup>5.</sup> Lucas Holftenius ad Stephanum (3) tribus in numis M. Aurelii Caracallae vidiffe fe testatur apud Francifcum Gotifridum, fummum virum, AY. AN. E-ΔECCA, quod interpretatur Aurelia Antonia E-

T.v. deffa. Quartus numus apud Ioannem Valentem mu6. lierem exhibet turritam et velatam, quae finisfram habet positam in rupe super qua sedet, dextera vero duas spicas tenet, pedibus calcat nudam siguram aqua emergentem. Quintum Patinus expression.

T. v. EΔECCA. Ad pectus quid gerat, non explicauit.
<sup>7.</sup> Sextum habemus in thefauro Mauroceniano, (4) quem doctiffimus Antiquarius MHT. KOΛE. ΔEC-CHP. legit, cum, vt Ezechiel Spanhemius animaduertit, (5) legendum fuit, MHT. KOΛ. E-ΔECCHNΩN. Sic Triftanus in numo Alexandri Se-

(2) In numis Imper. p. 243. (3) p. 107. (4) p. 130. (5) T. I. p. 602.

Seueri MHTPOII.  $\Delta E\Sigma\Sigma HN\Omega N$  ad Deffam fuperioris Aegypti refert : Holftenius vero recte exiftimat in numo fuiffe  $E\Delta E\Sigma\Sigma HN\Omega N$ . Quae etiam Spanhemii et Harduini opinio eft. His nos iungimus duos aeneos numos , quos Buxbaumius ex oriente attulit, cum vultu M. Aurelii Caracallae et coloniae T. v. genio turrito velatoque inferiptos COA. MET. AN-<sup>8, 9</sup> TONIANA.

IL Dicam non modo de his, sed etiam deceteris numis, qui mox sequentur, vna atque eadem opera. Tria autem in vniuersis confideranda duco. Primum auersae effigiem, secundum coloniae nomen, tertium metropoleos dignitatem. In auersa effigie eft genius vrbis fignatus. Plerumque est muliebris figura capite turrito et velato, quae in rupe fedet, sub qua ex aquis πεοτομή genii alterius emergit. Quod turrita est, id munimenta vrbis indicat : quod velata, id vero facram et principem fuisse, argumento est. Eft enim suffibulum, quales virgines vestales Romae gerebant, cum sacris operarentur : vestimentum album praetextum quadrangulum oblongum, quod fibula comprebendebatur, vt ait Festus. Etiam ceteros sacerdotes publicos suffibula habuisse, cum facra facerent, tum Iosephus Scaliger e lege in facrario deae Opeconfiuae fixa docet, tum e numis imperatorum facrificantium manifesta res est. Rupes acclinem vrbis fitum explicat et sub ea est genius Scirti fluminis. Nam quid e-Haec adeo sunt nota, vt nihil magis. go veterem superstitionem repetam ab stirpe, quemadmodum suos montibus et arboribus et fluuiis rebusque

que aliis genios tribuerint, quipro natura et conditione eorum per σύμβολα pingebantur, imitatione eiusce rei ad christianos vsque peruagante. Sic ecodice seculi decimi, in quo catena Patrum in Pfalmos est, Bernardus Montefalco (6) adfert hominem nudum violaceo. panno ima corporis obtegentem, ramo viridi coronatum, dextera imposita capiti, sinistra truncum arboris complexum, cum epigraphe Ogos By92000. In eodem codice mulier ab umbilico ex aquis emergit, remum finistra humeroque sustinet, dextera ori admota cum titulo, Ecugeà Gáhaova. Est etiam tertius genius montis Sinai, finistra innixa in saxo, dextera radicem arboris tenens. Ad Eustathii Theffalonicenfis (7) aetatem pictores fummis montium Φαντασίας ζώων appingere solebant, vt leonis, vt aliarum animantium, xueo yea fortes minn-TINGS THY alth Shar, hoceft, vt opinor, prouti feu natura seu species montis cuiusque arcano symbilo fignificari poterat. Hic genius Edessae vrbis manu tenet ante aram, siue pateram, vt in vno noftro Alexandri Seueri et in alio apud Valentem, (8) quod deuotam diis et sacrificantem pro incolumitate imperatoris populique Romani vrbem fignificat, siue spicas, fertilitatis et annonae symbolum, quam summam suisse, vel ex Vilermo Tyrio ostendemus infra. In postremo aliquantum ambigo, potest enim fieri, vt flos sit aliquis, qui et ipse ad reli-

(6) in Palacographia p. 11. (7) In parecholis Homericis p. 1368. ed. Rom. 7(8) de coloniis p. 119.

religionem pertineat. In aliis numis genius ille vexillum tenet, vt in vno Valentis, coloniae fymbolum, in aliis fistrum, vt in vno Alexandri Seueri et Mammaeae, (Harduinus panarium mauult) aut colum, vt in alio eiusdem imperatoris apud Ioannem Fideualentem. (9) Et doctiffimus antiquarius quidem etiam hic se putat sistrum videre, sed reuera colus est. Ceterum et colus pertinet ad religionem deae Syriae, de qua Lucianus, (10) habere eam aliquid et Mineruae et Veneris et Lunae et Rheae et Dianae et Parcarum et altera manu sceptrum, altera vero colum tenere, in capite gestare radios et cestum. Sidera, quae iuxta genium vrbis apparent, iam supra ex superstitione Edessenorum explicui. In duobus Ioannis Valentis numis Luni dei fignum ante caput vrbis stat, eadem specie cultuque, vt in numis Carrharum, vrbis vicinae. Vuildius (1) adfert numum Caracallae, in quo caput genii velatum atque turritum est, iuxtaque cernitur cornu copiae, vbertatis infigne, cum litteris . . . ONINIA quas ille interpretatur Edessa Antoniniana. In vno, quem supra e Patino exhibuimus postremum, incertum manet, an ipso in numo sistrum suerit ad pectus genii, an colus. Est etiam numus apud Io. Valentem, in quo duo capita turrita et velata, alterum altero maius, fe respiciunt super ara. Duo capita suspicatus est Fideualens, aut duos esse genios vnius vrbis, cuius moris exemplum, quod sciam,-exstat nullum, aut al-Aa terum

(9) ib. (10) p. 675. (1) p. 176. (2) p. 35.

terum genium superioris, alterum inferioris effe vrbis, quod ille argute diuinavit. Nam, vt ex iis, quae in Abgaro diximus, constat, pars maior vrbis post eluuionem Scirti translata fuit in editiorem regionem collis eius, qui includebat veterem vrbem.

III. Haec igitur vrbs colonia facta est Romana: militaris vtique, vt erant coloniae imperatorum omnium. Dicta autem est Marcia et Magnía Augylía Avtureviary, vt Valens recte fane legit, a M. Aurelio Antonino Caracalla. Ioannes Harduinus maluit Mázno-Aupylia Artwreinary legere, sed illum Ezechiel Spanhemius iam in ordinem redegit. Vno tantum dicam verbo, hoc, in quo fibi placet Archontianus senex, a Graeci sermonis consuetudine abhorret : attamen etiam hanc eius fallaciam inter noua seculi inuenta dedicauit Iobertus. Non autem tantummodo coloniae ius accepit Edessa, sed etiam metropoleos dignitatem, et vt opinor, praecipuam totius Mesopotamiae. Ioanni Harduino, qui Phoeniciae ad Libanum metropolin Edessam fuisse contendit, ita satisfecit Norisius, vt is sententiam emen-Carrhae antea Metropoleos primae dignidarit. Testimonio est numus M. Autatem tenuerunt. relii Philosophi apud Ioannem Valentem (3) in aduersa inscriptus, MAP. AYP. ØIA OP. M. A. aig. hoc eft, vt ille eximius vir explicuit Mápra Αυχηλίω Φιλωεωμαίοι μητεο σόλεως πεώτης αιε feu anno centesimo vndecimo : in auersa autem AYP. KAP-

(3) T. I. p. 179,



ΚΑΡΡΗΝΩΝ. ΦΙΛΩΡ. Μ. Α. Αυρηλίων Καζέηνῶν Φιλωρωμαιων μητρο τολεως πρώτης. loannes Valens 101. Sià magogáparos, itaque cetera quoque **A**. quae habet, luxata pulcri corporis membra funt. Non potuit illa epocha Carrharum ab alio anno initium capere, quam a C. Memmio Regulo, Verginio Rufo Coss. feu A. C. 63. quibus confulibus, aut potius, cuius anni exitu Corbulo in Mesopotamia res magnas gestit, quas Cornelius Tacitus defcribit. (4) Non infensum, nedum bostili odio Corbulonis nomen etiam barbaris habebatur, vt ismit, ita enim meruerat vir summa continentia et aequitate. Si ab eo anno Carrhenorum epocham numeres, et quidem ab Septembri, vt eorum populorum institutum postulabat, numus ille cusus est A. C. 173 exeunte aut A. C. 174. Quod autem aliud illa epocha postulat, quam vt existimemus magna aliqua dignitate adfectas fuisse Carrhas a Nerone. Quid igitur? dicemus coloniam a Corbulone effe deductam in illam vrbem ? nempe non ista tunc erant tempora, vt hoc nobis in mentem venire conueniat. An iam tum metropoleos primae honore dignata eft? Qpinor equidem, nec fatis tamen mihi ipfe fido. Sub M. Aurelio primum exstat numus L. Aurelii, in quo colonia dicuntur Carrhae. An L. Verus cam deduxit confecto bello Parthico? Carrhae vtique cauisse sibi videntur, ne, si qua alia metropolis, vt mos erat Romanis, in Mesopotamia pro-A1 2 uin-

(4) L. XV. 26. feq.

uincia constitueretur, de primatu disceptari posser, eum igitur ex priuilegio occuparunt. Sed primae metropoleos dignitas Carrhenis postea ademta est. Nam in numis Antonini Caracallae dignitatem primae metropoleos non apponunt, quod suspectum est: in numis vero Elagabali et Alexandri, Carrheni fecundam metropolin vrbem suam appellant, (5). КА. КО. МН. ПОЛ. quae est-directa confessio. Δ Κάξέα κολωνία μητρό τολις δευτέρα, in Antonini Elagabali numo: tum in numo Alexandri Seueri, ΚΑΡΡΑ. ΚΟΛ. ΜΗ. ΜΕС. Δ Κάζεα κολωνία μητρό στολις Μεσο σταμίας δευτέεα. Quam nunc dicemus Carrharum in locum priman metropolin Mefopotamiae fuisse? Nempe Edessam opinor. Ita vifum fortassis suit Antonino Caracallae, fingulari eam in vrbem in qua hibernabat, studio. Sed intercedunt eruditi viri, qui seu Emisam seu Amidam primae metropoleos in Mesopotamia titulo auctam fuisse, enumo quodam Francicae gazae coniiciunt. Is eft cum  $\pi_{COTOM}$  Alexandri Seueri cufus, dextera hastam, sinistro humero clupeum gestantis. Inscriptio, quae doctis viris crucem fixit haec ab aliquibus editur : EMI. KO. MH. MECCOII. in area, A. Ezechiel Spanhemius in Iuliani Caesares ad Emifam seu Eulorav vrbem refert numum, (6) paullo post autem (7) sententiam retractat et E $\Delta$ E. putat in numo fuisse cusum, vt fit  $E \Delta E C C A$ . At Io. Har-

(5) Apud Valentem T. II. p. 78. 116. (6) p. 96. (7) p. 491.



188

Harduinus in numis vrbium, primum firmo admodum, vt videtur, argumento Emisam in numo non exprimi contendit, eam vrbem praeterea longius a Mesopotamia et Euphrate sitam in finibus Phoeniciae fuisse monet. Tum vero Edessam non possereponi oftendit, quod litterae MI nimis diserte in numo legantur, quodque Edessa non tribus tantummodo primis litteris in numis occurrat, quamquam postremum hoc e numis confellitur. Ergo AMI Amidam legit, quae etiam in notitia Hieroclis acclefiastica inter metropoles recensetur. Contra ea Ioannes Valens EMI in numo diserte legi adfirmat, (8) vt non possit non esse Emisa : tum Amidam metropolin suisse negat, neque enim extare numos, vt de Emisa iam sub Antonino Caracalla, a quo istam in vrbem colonia iuris Italici deducta est: (9) metropoles vero ecclesiasticas argumento non esse, vrbem aliquam ciuili priuilegio fuisse metropolin. Quod si ita est, suerit, inquit, alia cis Euphraten regio, cuius metropolis effet Emisa, alia vltra Euphratem, in qua Edessa primum, Carrhae Sic Valens. autem fecundum locum tenuere. Durum hoc est mehercle. Sed fi EMI plane legitur in numo, vt Emisa sit, coniectura Harduini labefactatur, quae alioqui est nobilis, neque enim ex dignitate metropolitanae ecclesiae absurde colligit, fuisse antea tempus, cum ciuium eminentia ea in vrbe praeualeret. Quod numi exstant nulli, tem-Aa 3 po-

(8) T. II. p. 120. (9) Norifius in epochis p. 97.

porum illa iniuria esse potest. At inuictum est Harduini argumentum, longe a Mesopotamia sitam esse Emilam. Mihi fere in hunc modum videtur. Primum illud A in area ad genium vrbis, potest fieri, vt non ad MH. pertineat: longe enim reiectum eft, propemodum quanto interuallo ipía Emiía ab Eu-Tum vero Mesopotamiam ego aliam in phrate. Syria quaero, non istam tamen Valentis. Sunt illic fluuii duo Orontes et Chryforrhoas, qui regionem ambiunt, vt Euphrates et Tigris, quae regio ob eam cauffam facile Syris جزرتا infula atque ببت ذهر feu Mesopotamia appellata fuerit. Nostris vtique scriptoribus verum prouinciae nomen in qua Emifa fuit, non proditur. Plinius ad Cyrrhesticam trahit, Ammianus, Vlpianus et Stephanus ad Phoenicen, vicinas ad borapelioten et austrum regiones, Ptolemaeus ad Apamenen, ab Apamia vrbe Oronti et E-Si quis mihi molestus esse velit, mamisae vicina. lim equidem ad declinandam inuidiam in Harduini sententiam pedibus ire, quam etiam in antirrhetico defendit, vt Ezechiel Spanhemius, grauissimus numorum censor ante nos fecit, quam cum Valente Mesopotamiam cis Euphratem extendere ad Orontem. Fuerit igitur Emila prouinciae suae metropolis, fuerit et Amida Mesopotamiae, vt Nisibis quoque, sed ferius, sub M. Philippo Imperatore: manet tamen, Edessam ab Antonino Caracalla praerogatiuam ante Carrhas effe nactam. In notitia antiqua (10) etiam Edeffa

(10) p. 61.



100 -

Edessa vocatur, éwagxias Osgońnys unteowolis. Sed haec sequioris sunt actatis.

In tantam dignitatem Edessa euecta, An-IV. toninus, vt ante diximus, Carrhas petens interfectus est a Martiale. Nicephorus Patriarcha in chronographia, (1) ἐσΦάγη μεταξύ Βαΐων κ Εδέσσης. Nihili illud Baiwy, quod Iosephus Scaliger facile videre potuisset : repone Barvwv, quae vrbs inter Edesfam et Carrhas sita suit. M. Opelius Seuerus Macrinus ab exercitu imperator est falutatus, cum nondum appareret, eum caedis auctorem fuisse. Hïc cum adeo prope Edessam haberet castra, quanto interuallo Batnae ab illa vrbe distabant, erat autem vnius diei iter, seu metu, seu adulatione Edessenos mouit, vt vrbem suam coloniam Opelianam Macrinianam appellarent. Numus est apud Io. Valentem (2) inferiptus M. O. C. MAKPINOC. CEB. in a- T. V. uería MHT. KOA. E AECCA cum nullum adhuc infigne factum Macrini aut beneficium in vrbem ex-At Harduinus ex Fucaltianis cimeliis titulum ftaret. numi recenfet AYT. K. M. O. C. MAKPINOC in auería, A. O. M. ΕΔΕССА. Αντωνεινιανή Οωελιανή Μακρινιανή Εδεσσα. Iulius Capitolinus in Macrino: (3) pugnauit et contra Parthos et contra Armenios et contra Arabas, quos Eudemonas vocant, non minus fortiter, quam feliciter.

IV. De Antonino Elagabalo Georgius Syncellus (4) fic habet: τινές δέ της έώας 5 βατιωτων έτσι-

β8-

Digitized by Google

(1) p. 304. (2) T. II. p. 66. (3) c. 12. (4) p. 357.

βελεύσαντες αυτώ Αντωνίνον Αυξήλιον ανηγόγευσαν βασιλέα Εδεσηνόν. Emenda Εμεσηνόν. Emesae enim non Edessue et natus suit Elagabalus et sacerdotio dei sui perfunctus est. Illo imperatore tentorium Iacobi Edessae conflagrauit, de quo supra dixi. Thomas de Pinedo ad Stephanum (5) non credo, inquit, nec sunt ferendae fabulae, quae nec ad pietatem, nec Edesseni autem primum cum ad mores conducunt. Elagabali nullum in Edessam exstaret infigne meritum, abrogato Macriniano cognomine, ne forte Imperatorem nouum offenderent, tantum metropolis et coloniae dignitatem inscripsere in numo Iuliae Maesae, quae Elagabali et Alexandri auia fuit. Numus eft T. v. apud Ioannem Valentem, (6) qualem hic vides. Illi <sup>11.</sup> iunximus numum Elagabali infcriptum ANTΩNEI-NOC C. . . AYT. KAI. in auerfa MHT. KOA. **T. V.** E $\triangle$ ECCHN $\Omega$ N. quem ex oriente attulit Buxbau-Apud Io. Valentem (7) est numus, qui inmius. T. V. fcribitur : ATT. K. M. ATP. ANTONEINOC. cum Elagabali laureato capite : auería habet mulie-13. rem turritam et velatam ceteraque ornatam vt superioribus in numis. Spicas duas tenet. Valens in aliis fe canistrum frugibus plenum vidiffe testatur. Titulus eft : MAP. AYP. KOA.  $E \triangle E C C A$ . Alium deinde citat Valens eodem typo, in aduersa inscriptum: AYT. KAI. M. ANTONEINOC. CEB. in auerfa MAP. AYP. ANTO. EDECCA. Magnia Auεηλία Αντωνεινιανή Εδεσσα. Hunc in cimeliis Fucal- 🛩 tia-

(5) p. 253. (6) p. 109. (7) p. 80.

12.

tianis Harduinus quoque vidit. Tertium denique Ioannes Valens inspexit, in quo titulus suit AYP. AN- $T\Omega$ . KOA. E $\Delta$ ECCHN $\Omega$ N. Hi numi cusi videntur primis Elagabali initiis cum maiorem Mesopotamiae curam gereret, quam cum postea eam sine praesidio reliquit. Ita enim Alexander Seuerus ad Senatum Romanum de rebus suis concionatus est: multos Persarum cepimus, terras Interamnanas, (Mesopotamiae scilicet,) neglectas ab impura illa bellua recepimus. Sic Aelius Lampridius ex actis Senatus.(8)

At Herodianus (9) Alexandri laudibus ma-**V**. gnopere detraxit, cum toto illo bello infelicisfimum fuisse prodidit et ab Artaxerxe victum fugam atque latebras circumspexisse. Lampridius tamen (10) nominatim Herodianum perstringit et Eutropius Rufusque, Alexandrum quasi fato quodam in exitium Persicae gentis natum, Persarum regem vicisse, praedicant. Iulius Capitolinus quoque (1) Herodianum reprehendit, quod Maximino in odium Alexandri plurimum fauerit. Sed non prorsus absurda atque abhorrentia a vero Herodianum scripsiffe, ex Dionis Cassii excerptis intelligi potest. Is ab Alexandro conful iterum esse iuss, impense eius studiosus, non tamen dissimulat, veluti excufans, defectione et tumultu exercituum res Romanas in Mesopotamia esse adflictas. Nam cum de Artaxerxe rege dixiffet, ita verba facit: (2) šτος τ' šν Φοβηρος אֹעוֹע בֹירָציעדם, שֹׁע מידו מעדטה אליץ דועטה מצוטה ב B b Vay


(8) c. 56. (9) L. VI. c. 5. (10) c. 57. (1) in Maximinis c. 13.(2) Apud Xipilinum et in excerptis Valesianis p. 769.


ναι δοκά, άλλ' έτι έτω τα ς βατιωτικά ήμιν διάκαται, שבר דשב אבי א ארטביושבטמן מטדשי, דשב לב שא בשבאמי מ-Múve Day, is nobis terrori fuit, non quod iple aliquo in loco baberi mereretur, sed quod co in statu res militaris apud nos effet, vt pars adeo ad eum transfugerent, alii pugnare nollent. Acta Senatus, ad quae Lampridius prouocat, seu vanitatis aliquid habuere admistum, feu commodius explicanda est Alexandri concio. Nam motus illi orientales, vt ex Agathia Myrenaeo (3) cognoscimus, ad quartum annum Alexandri et sub quinti initia maxime concitati sunt, cum Artaxerxes Pería Artabano Parthisque deuictis Perficum regnum restaurauit. Tum vero Artaxerxes, vt Dio habet, (4) Mesopotamiae et Syriae inhiabat, omnia, quae ditionis Perficae olim fuerant, fub iugum missurus. Herodianus excursiones eius per Mesopotamiam commemorat. Ea igitur fola Elagabali culpa fuit, quod Mesopotamiam aduersus repentina non fatis munitam reliquerat : Alexandri autem ea laus est, quod prouinciam confirmauit. Bellum hoc exortum est A. V. C. 980 A. C. 227 vt Pagium potius, quam Norifium sequamur : nihil enim est verius. Expeditio autem ab Alexandro demum A. C. 229. fuscepta est et A. C. 230. VII. Kal. Octobres triumphatum. Nam tametsi aliqua accepta est clades, tamen tanto Persarum cum detrimento conjunct a fuit, vt quatuor annos pacis fimiles induciae effent. Fasciculus temporum : (\*) Xerxem regem

(3) L. IV. c. 11. (4) L. c. (\*) Piftorii T. 11. p. 44. 6.

194







regem Persarum maximo bello oppressit et sic venit ad Edessam ciuitatem Abagari. Sic fere annum ipfum tenemus, cum ab Edessenis spe et fiducia virium Romanarum erectis numi fignati funt. Primus ex his, quos Buxbaumius ex oriente aduexit, est cum capite laureato Caefaris et titulo. . . YT. K. M. A. T. VI. CEY. ΑΛΕ. . . Αυτοκεάτωε Καΐσας Μάεκος Aυρήλιος Σευήρος Αλέξανδρος: in auería genius vrbis sedet in rupe iuxta Scirtum et tres spicas altari fumanti admouet dextera : ante eum genium est maius astrum, pone ceruicem minus. Beli et Nabonis deorum, hoc est solis et lunae insignia, MHT. KOA. EAECCHN. . . . In altero numo Bux-T. VI. 2. baumiano eadem auerfa cum litteris in margine difparentibus, in aduería CEB. AYT. . . . ZAN-T. VI. △POC. Tertius idem fere, nisi quod Edessa pateram 3. dextera gerit, vt in Buxbaumiano deprehendimus. Hic numus a Ioanne Valente dilucide magis est editus, vt vides quarto loco, nisi si ea non numi virtus suit, T.VI. sed Valentis elegantia, quae omnibus in numis artem magis consectata est, quam naturam. Non tamen metuo, ne quid Valens titulo adiecerit ex ingenio, ita autem habet in aduería AYTOK. MAP. AYP. CE.  $AAE \Xi AN \Delta POC$  in auerfa autem MHT. KOA. E AECCHN. Numus denique est apud Io. Valentem, T. VI. 5. quem hic quintum fignauimus, inferiptus AY. K. M. CE. AAE $\Xi$ AN $\Delta$ POC. in auería genius vrbis dextera tenet vexillum et ita inscribitur : KOA. MHT. E $\triangle$ ECCHN $\Omega$ N. Sloannes Valensex eo coniecturam ducit, ab Alexandro Edeffae coloniam

B b 2

mili-

militum Romanorum deductam fuisse. Verum quidem est isthuc, in exercitu Alexandri multos suisse milites male adfectos, quos recreandos curauit Alexander, quod Herodianus testatur, vt facile ad credendum induci possim, aliquos ex his Edessae cepisfe sedes : sed ea non protinus fuit colonia deducta. Nam jus et decus coloniae Romanae jam antea vrbs adepta, illo non indigebat amplius : n'eque fi qui aliquam in vrbem, quae colonia effet, recentes immigrarunt, ea idcirco colonia deducta fuisse dicebatur: non enim adhibebantur augurum et pontificum caeremoniae. Est vtique vexillum hoc coloniae, sed non nunc primum deductae. Atqui, inquit Valens, ante hunc numum sub Alexandro signatum, nullum vidimus Edeffenum alium cum ve-Nempe vero neque omnes numi exstant, et xillo. fi omnino nullus cum vexillo antea cusus fuisset, nihilo tamen minus tot tituli coloniae ius Edeffae tribuunt. Numi quoque reperiuntur apud Tristanum, (5) Occonem (6) et Patinum, (7) infcripti ΜΗΤΡΟΠ. ΔΕССΗΝΩΝ. et ΩΛΕ. ΔCCHNΩΝ. quos illi Deffae in Aegypto attribuunt. Sed hos numos Ezechiel Spanhemius atque fecundum eum Harduinus et Fideualens Edessae vindicarunt. Perfacile isthuc mago gaua fuisse optimorum virorum, ex numis Edessenis, quos manu et oculis versaui, intellexisse Contemplatus etiam sum numum mihi sum visus. inter Buxbaumianos elegantem fane Alexandri Seueri cum

(5) p. 405. (6) p. 438. (7) p. 282.

l



cum corona radiata et Mammaeae vultu, hac epigraphe: IM. A. C.  $AAE \Xi AN \Delta POC$ . . . . . T. VI. in auería genius vrbis fistrum tenet ad aram, cum <sup>6</sup>. maiori et minori fidere, inscriptus. . . HT. KOA.  $E \Delta E$ . . . Hunc numum Ioannes Valens quoque habet, ita ad capita imperatoris et matris infcriptum: ATT. K. M. AAEZANAPOC. IOTA. MAM-MAIA. CEB. Sed in auería genius colum tenet , 7. (quem tamen Valens sistrum appellat, vt picturae) huic diffidere nos oporteat) et quatuor astra circum fe habet : titulus est idem , qui in Buxbaumiano MHT. KOA. E $\Delta$ ECCHN $\Omega$ N. Harduinus e cimeliarchio Mediceo ita citat numum: MH. KO. E- $\Delta ECCHN\Omega N$  dea turrito capite (edet super monticulis cum panario et stellis duabus : ad pedes, viri ex amne emergentis effigies : AYT. KAI. M. AYP. AAE-ΞΑΝΔΡΟC cum Mamaea matre. Vt non tantum Alexandri vultu, verum Mammaeae quoque suos signarent numos Edesseni, id eo factum puto, quod Mammaea multum apud filium imperatorem potuit. Et videntur id sensisse Edesseni aliquo beneficio per matrem impetrato, cum exercitus Romanus Edessa transiret. Et Alexander, quod Herodianus refert. (8) fagittarios multos έκ της Οσεωηνών χώρας contra Cum de Germaniarum defectione Perfas inftruxit. nunciaretur, eosdem secum duxit. Sicuti Herodianus, ita etiam Lampridius : (y) habuit in appara-Bb 2 tu

(8) L. VI. c. 16, (9) in Alexandro c, 61,

tu Germanico etiam Osdroënos, quos Maximinus ad se recepit.

VI. Herodianus ait, Alexandrum fecum duxisfe Maurorum αξιθμόν πάμωλησον η τοξοτών Οσροηνών τε & Αςμενίων, ών ήσαν οί μεν ύστήκοοι, οί δέ Φίλοι χ σύμμαχοι, magnam multitudinem sagittariorum et Ofrhoenorum et Armeniorum, ex quibus alii Mauros dicit socios, erant subiecti, alii amici et socii. Ofrhoënos et Armenios strictiori feruitute deuinctos. Oldroëni sagittarii, testimonio Herodiani et IuliiCapitolini (10) postea a Maximino Imp. defecerunt : fuit etiam, inquit Iulius, sub eo factio, deficientibus fagittariis Ofdroenis ab eodem ob amorem Alexandri et de siderium, quem a Maximino apud eos occisum esse constabat, nec aliud persuaderi potuerat. Hi ducem fibi praesecerunt Tycum, seu Ticum, vt erat in membranis Palatinis, seu, vt Herodianus habet, Quartinum. In eo se torsit Isaacus Casaubonus et Herodianum corruptum fuisse censuit : nam nihil est vero magis consentaneum, quam Titum Quartinum suisse appella-Sane ita quoque apud Herodianum fuisse, artum. gumento eft, quodTrebellius Pollio Dexippo et Herodiano auctoribus vitam huius tyranni percensen, Idem memoriae tradițum reliquit,T. Titum vocat. Quartinum hunc tribunum Maurorum fuisse antea et ab Maximino inter priuatos relictum, coactum vero a militibus imperasse sex menses. Aliis testibus, ab Ar-

(10) Iulius Capitolinus in Maximino c. 11.

Armenis sagittariis, quos Maximinus, vt Alexandrinos quoque et oderat et offenderat, princepset imperator effe coactus eft. Miratur hic atque haefitat Pollio : sed non magnae operae est conciliare Nam Mauros (quos credo ille inter se sententias. Alexandrinos dicit) et Armenos et Ofrhoenos fagittarios, vnum corpus constituisse, ex Herodiano tenemus. Vir fuit T. Quartinus, vt ait Trebellius, domi forisque in re publica perquam probabilis. Vxor ei Calpurnia, foemina sancta et venerabilis, e veteri Pisonum domo, quae post mariti mortem sacerdos fuit. Herodianus hunc Titum τῶν ἀϖὸ ὖϖατέμας καὶ Φιλων Αλεξάνδευ fuisse praedicat, quod frustra vellicauit Casaubonus. Quid enim prohibet, confularem dicere, quamquam inter ordinarios consul non fuit ? Sicuti eum milites inuitum purpura circumdederunt et alio apparatu imperatorio, armisque suis, ita sexto post mense, vbi Magnum consularem virum a Maximino deficientem oppressum accipiebant, poenitere confilii sui milites coepit. Itaque T. Quartinus in tentorio dormiens, ab amico, cui Macedoni nomen fuit, obtruncatus est. Sagittarii Osdroeni et Mauri cum Maximino Imp. in gratiam redierunt et aduerfus Germanos profecti, noncontemnendam in bello operam praestiterunt. (1) Edesseni sub Maximino, apud quem ciues sui militabant, numum hunc percufferunt, qui apud Valentem exstat, inscriptum, T. AΥ-

(1) Capitolinus c, 11. et Herodianus l. c.

AY.  $\Gamma$ . IO. MAZIMEI. CEB. Autocrator C. Iulius Maximinus Aug. In auerfa est caput vrbis geniale: MHT. KOA. E $\Delta$ ECCA.

VII. Postquam per Alexandrum imperatorem induciae cum Artaxerxe Perfarum rege conuenerunt, quatuor annorum pax fecuta est. Chofroes Artaxerxis filius rebellauit, cum Romani bello Germanico et intestinis seditionibus occuparentur. - Ergo Gordianus tertius, orientis pacandi caussa cum exercitu est prosectus. Iulius Capitolinus (2) sic habet : per Syriam in Antiochiam venit, quae a Persis iam tenebatur : illic frequentibus praeliis pugnauit et vicit, Sapore Persarum rege submoto, Antiochiam recepit, Carrbas atque Nisibin, quae omnia sub Persarum imperio erant : rex fane Perfarum tantum Gordianum principem timuit, vt, cum instructus esset et suis copiis et nostris : (nam sub Alexandro exercitus Romani pars defecerat ad Persas et pracfidia Romana in Mesopo-. tamia Syriaeque parte aliqua concesserant postea in ditionem barbarorum) tamen ciuitatibus ipse praesidia (ponte deduceret, easque integras suis ciuibus redderet, ita, vt nibil, quod ad eorum fortunas pertineret, attaminaret. Haec tam praeclare facta confirmantur etiam ex Gordiani ad Senatum litteris, in quibus Misitheo praesecto et socro gratiam habet, quod confiliis eius res ita constitutae fuerint, vt dignitas imperii postularit. Carrhas isthic se dicit imperio Ro-

(2) in Alexnadro c. 26.;



Romano reddidisse et ceteras vrbes. In his sane Edessam metropolin primam et multo clariorem vrbem potius nominasset, quam Carrhas, nisi in side Romanorum mansisset. Ex Agathia Myrinaeo (3) intelligo, post Artaxerxis regis mortem, quae in annum quartum Gordiani incidit, Saporem Romanas provincias maximis cladibus adfecisse. Eodem tempore Gordianus vxorem duxit Misthei filiam et post paullo expeditionem suscept resque in Mesopotamia gessit A. C. 241.

VIII. Ea tempestate res Edessenae aliam conditionem subjerunt : quae qualis suerit, e numis intelligere mihi videor. Nam et metropoleos coloniaeque dignitas illa in vrbe mansit et species tamen aliqua Apud Valentem (4) regni Ofrhoeni restituta est. numus exitat inferiptus AYT. K. M. ANT. **FOP-** T.VI. **AIANOC.** CEB. in auerfa autem MHTPO. KOA. 9.  $\mathbf{E} \triangle \mathbf{E} \mathbf{C} \mathbf{H} \mathbf{N} \mathbf{\Omega} \mathbf{N}$ . Ante muliebre caput turritum et velatum columna stat, in qua Diana dextera telum, finistra scutum tenet. Inter eos vero numos, quos T. VI. Buxbaumius ex oriente attulit, vnus quoque est, qui 10. Gordianum cum scuto et hasta pura exhibet, ab auersa autem genium sedentem in rupe cum spicis et Scirti fluminis daemone. Titulus et in capite et in naue Nihilo igitur imminuta fuit fiue coloniae, Obtritus. sue metropoleos praerogatiua in Edessa vrbe, Gor-Сc dia-

(4) p. 145.

diano Imp. Et ne quis putet, illos numos quos retulimus, expeditione Persica Gordiani vetustiores esse, hoc autem tempore Edessae ablato coloniae et metropoleos iure, vrbem cum territorio in potestatem Abgari regis concessifie, en tibi apud Valentem quoque (5)Furiae Sabiniae Tranquillinae numum: CABINIA TPANKIAAINA CEB. ΦΟΥΡ. in auería idem τύωος, qui in superiori Gordiani numo, eadem infcriptio MHTPO. KOA.  $E \triangle E C C H N \Omega N$ . Iam vt supra ostendi, ducta Tranquillina, in orien. tem mouit Gordianus, vt hic numus consecratus sit praesenti numini Augustae, aut etiam bello confeeto. Neque enim diuturnum fuit. A. C. 243. Romae quinquennalia celebrauit Gordianus. Praeterea exhibebo infra numum Edeffae coloniae sub Decio Traiano Imp. vt mansiffe ius sentias. Si colonia mansit, metropoleos praerogatiua non suit ablata vrbi, cui bene cupiebat imperator. Igitur excepta Edessa vrbs est, cum Osrhoene cum suis castellis Abgaro regi traderetur. Nec fas erat, colonos Romanos feruire barbaro regi. Quam ob cauffam Edeffenum chronicon ceterique orientales scriptores, huius Abgari nullam rationem habuere. Desiiffereges Edeffenos sub Caracalla consentiunt.

IX. Frequentes autem funt numi Abgarorum regum fub Gordiano. Ex illis fimul intelligo, duos fuisse Abgaros, eodem tempore: vnus enim senili vul-

(5) p. 155.
























 $\mathbf{D}$ 


CIVIC.







Tab VII p. 203



vultu, alter iuuenili in flore cernitur. Apponam primum numos Abgari senis. Primus caput Gordiani laureatum habet cum astro maiori, inscriptum...T.VI. ANT. **FOPAIANOC**. CEB. et in auerfa Abgarum <sup>11</sup>. ad pectus vsque, ABFAPOC. BACIAEYC. Hunc Buxbaumius ex oriente attulit: et is fortasse est, quem Patinus quoque vidit. (6) Sed nos primum citabimus Buxbaumianos a nobis inspectos : sunt enim complures. Alter inscriptus est circum Gordiani caput laureatum... ANT. **ГОР**ДІАНОС. in auer- 12. fa ABFA. ... BACIAEYC. Tertius duabus litte- T. VIL. ris mirifice corruptis AYTOFF. M. ANT. FOP- 1. ΔIANOC in posteriori area . . . . C. BACI-AEYC. Quartus integrior in priori area AYTOKK. 2. M. ANT. TOPAIANOC. CEB. in auería ABTA-POC. . . . Quintus est elegantissimus et integerri-T.VII. mus AYTOPP. M. ANT. **FOP** AIANOC. CEB.et 3. ad Abgari caput ABFAPOC. BACIAEY. Tres, T. VII. qui sequentur, nihil singulare habent : superuacanea 4.5.6. opera est mea, degoypapias, quae in litteris istis occurrit, naeuos aut rationem explicare : vultuum omnium tanta est congruentia, quanta potest maxi- T. VII. ma. Postremo illum e Patino numum, quemantea dixi, subieci, vt comparari queat. Hi igitur sunt numi Abgari senis a me visi.

X. At Buxbaumius alium numum ex oriente nobis attulit, Abgari regis iuuenili vultu et vigore. C c 2 Gor-

Digitized by Google

(6) in numismatis Imp. p. 301.

T.VIL Gordianum Imp. ad pectus vsque exhibet cum fcuto et hasta tituloque, vt vides, paullulum obtrito : .AY-8, TOKP. . . . . NOC: CEB. in auería ABFAPOC. BACIAEYC. Hoc ipium, quod in armis est Imperator, mihi indicare videtur, numum effe cusum eodem tempore, quo cum maxime Gordianus contra Is tantillo tempore, quod Persas bellum gerebat. in oriente egit et patrem opinor Abgarum, quem Roma secum duxerat, Osrhoenes regem esse iusit atque illo defuncto, filium codem in regno confirmanit. Abgarum igitur senem puto esse eum, quem fupra Abgari postremi regis filium Romae egisfe ex inscriptione ostendi. Et vt tum suspicatus fum, suerit admodum quinquaginta annorum, cum 2 Gordiano in Ofrhoeno regno collocaretur. Ab ea autem aetate non refugit vultus huius Abgari in mmis, quemadmodum alter Abgarus, filius eius annos viginti aut paullo amplius habere videtur fuis Non igitur duos hos Abgaros a Ioanne in numis. Tristano et Carolo Patino confundi patiemur. Duos alios numos produxit Patinus, quorum in altero Abgarus eques conspicitur manum protendens, in alte-T.VII. so coram Gordiano imperatore fine candy stat et fi-9. 10. nistra sceptrum tenet, dextera tiaram tangit. Tristanus illum Abgarum ab Artaxerxe fugatum, a Gosdiano restitutum suisse censet, in quo Patinus acquiefcit, tantummodo addit, Abgarum hoc cultu testari, fe aut in pace aut in bello gratias acturum: Respicit Patinus isto dictos tum equitem tum stantem Abgarum, atque in eo fibi placet. In priori sumo . . . . , ipl2 . . .

ipfa equitantis et manum protendentis figura aduentum indicat. Ita cnim in numis illius aetatis, vt in numo Elagabali, qui infcribitur ADVENTVS. AV-GVSTI et Philippi vtriusque cum titulo ADVEN-TVS. AVGG. et in multo vetuftioribus, vt in Philippi Macedonis apud Begerum. (7) Credo autem hunc Abgarum, defuncto patre in castra venisse ad Gordianum, itaque eo gestu corporis exercitum salutare Romanum. Tristanus quidem Abgarum camelo vectum producit; (8) cum titulo  $E \Delta E C C E \Omega N$ . sed hic numus mihi non ob vnam caussam suspectus Spanhemii de Tristani scito quidem et eleganti eft. attamen praecipiti in interptetandis numis ingenio indicium, vt mitistimi et honestatis amantistimi viri ita probo, vt nihil Triftani solidae laudi, cui fauco, detractum velim. Fuluius Vrfinus fibi perfuaderi est passur, verum istum Abgari numum esse. Sic enim ille ad annales Taciti, (9) Hic (Abbarum quem vocat Tacitus) in numismate aereo Gordiani Pii Imperatoris dicitur ABFAPOC. BACIAEYC. in cuius numismatis altera parte caput ipfius regis diadematum sum titulo, firefte memini,  $E \triangle E C C E \Omega N$  fignatum eft: in alio autem eiusdem Gordiani numismate item aereo, rex ipse camelo infidens impressus est, cum eodem titulo: camelus autem Arabum insigne est. Qui poterat ille Abgarus Taciti sub Claudio Imp. in nymo Gordiani temporie bus fignari? Et titulus  $E \triangle E C C E \Omega N$  quo alio in aere, qua in membrana est visus? Vereor ne equum Patini in

(7) T. I. p. 248, (8) T. II. p. 520, (9) 1, XII. c. 12.

in numo, Tristanus et Vrsinus crediderint esse came-Quem autem regem camelo vectum in oriente lum. accepimus? Redeo ad Patini numos. In altero eorum omnia sunt precarii regni tunc maxime in castris a Gordiano suscepti. Gordianus imperator cum paludamento et corona stat concionantis in morem dextera fublata, finistra orbis terrarum σύμβολογ to-At Abgarus adolescens stat fine toga et candy. net. Sic plane Tigranes rex Armeniae aditurus ad Cn. Pompeium et γιτώνα μεσόλευκον et candyn όλο σόρΟυpor posuit. (10) Atque vt Tigranes ante pedes Magni diadema abiecit, ita Abgarustiaram manu attingit, veluti positurus, seu veluti manu tangens tiaram honoris caussa, vt mos erat orientalium, nunc maxime dicat:

Tuus est, Romane, quod optes, Explorare labor: mibi iussa capessere fas est: Tu mibi quodcumque boc regni, tu sceptra Iouemque Concilias.

Sceptrum tenet non rectum, fed pone versum, veluti qui aderat ad imperandum, vel ad parendum potius, vt Tullii ioco vtar. Lubet enim iocari, vbi Ioannes Harduinus iterum, vt Imperatorum Romanorum maiestatem irrideat, magnifice se iactat in Abgaro. Accipe, quae ille in historia Augusta dicat : (1) Imperator laeua tenet orbem Romanum : Abgarus Parthorum regulus laeuam ensi, dexteram tiarae admouet: vel-

(10) Dio Callius p. 29. Plutarchus in Pompeio p. 637. (1) p. 830. operum selectorum.



veluti in se suscipiens pro virili orbem Romanum coniun-Etis viribus animisque cum Gordiano tutandum. Alium numum Harduinus apud Chamillartum vidit inscri-K. M. ANT.  $\Gamma OP \Delta IANOC$ . ptum : AYTOK. CEB. capite laureato, in auería AYTOK. ΓΟΡΔΙΑ-ΝΟC. ΑΒΓΑΡΟC. ΒΑCΙΛΕΥC. Gordiano sedenti cum basta Abgarus stans et mitratus bacillum imperatorium laeua gerens dextera victoriam porrigit : foederatum regem baec symbola significant. Quippe vero foederatum more Romano, vt parum distaret a condi-Ne illud quidem Harduinus aliquo artione serui. gumento aut veritatis specie, quod numos ad A.C. 240. ponit.

XI. Nulla ab hoc tempore memoria Abgarorum regum, non in numis, non in nostris aut Syriacis Breue videtur fuisse regnum Abgari monumentis. huius, cum Philippo Gordiani parricidae displiceret Abgarus beneficio Gordiani deuinctus. Priftinam Edessae libertatem e numoDeciiTraiani apud Io. Valentem (2) cognosce. Caput Decii laureatum est, T. VII. cum hac epigraphe : AY.  $\Delta$ EKIOC. CEB. caput Edesseni genii velatum et turritum, KOA. E AEC-Ad hunc numum praestantissimus vir annota-CA. uit : videri eum signatum, cum Decius L. Priscum bello persequeretur: illum autem Prisum Syromacedonum fuisse praesidem, teste Zosimo, et profectum in Syriam effe, legi apud Ioannem Chrysoftomum de

(2) p. 197,

de Iunencio et Maximo martyribus. Zosimus tradit (3) L. Priscum in Syria exercitibus praesedum fuisse a Philippo imperatore, huins autem Philippi faisse fratrem L. Priscam. Kai Πρίσκον μέν άδελ-Φον' όντα, των κατά Συρίαν προεςήσατα ςρατο σέδων: tum Mysiae et Macedoniae copias traditas Seueriano: Philippi genero. Hoc ita prouisum videtur a Philippo A. C. 244. aestate, cum imperium adiisset. At Decius res nullas cum L. Prisco Syriae praesecto gessit. Nam Aurelius Victor de hoc Prisco diserte: Per eos dies L. Prisco qui Macedonas praesidatu regebat delata dominatio, Gothorum concursu, postquam direptis Thraciae plerisque illo peruenerant : qua caussa Devio, quam potuit maturrime Roma digreffo et quae funt reliqua. Nequidquam Valens hic pro Macedonia, Syromacedonas rescribit: nam omnia Victoris verba cohaerent, si nihil immutetur, quod contra fit, fi quid moueas. Neque axueor quidquam in Victoris hoc loco eft. Nam aut Philippus extremo tempore fratrem e Syria reuocanit ad Macedoniae praefecturam, aut Decius ipse, vt in propinquo obseruare eum posset, quem quacumque de caussa truci-Superfuit sane L. Priscus vsque ad A. dari noluit. C. 251. eo enim anno, qui secundus imperii erat, Decius aduersus eum et Getas mouit. Iam ante Ioannem Valentem Baronius Cardinalis Decium contra Persas profectum prodidit e sublestae fidei actis S. Mercurii, vt ostendit magno et excellenti ingenio vir,

(3) L. I. c. 19.



T

vir, Antonius Pagius. Quare nihil huiusmodi nobis de numo Edesseno in mentem venit, quod Valenti. Signandae monetae cum Decii vultu nulla alia caussa Edessenis fuit, quam quod imperaret.

XII. C. Vibius Trebonianus Gallus Augustus impar erat tanto imperio, cum clades accepta Decii casu Persas excitaret. Hi, teste Zosimo, (4) Mesopotamiam occuparunt et in Syriam vsque progressi in armis, Antiochiam orientis metropolin ceperunt. Nisi Persae ipsi hunc victoriarum suarum modum posuissent, Asia omnis suisset intercepta. Non credo Zosimo de omni Mesopotamia Arictim dicenti, atque interpretor Mesopotamiae eam partem, quae ad Tigrim sita est, Persarum in potestatem concessifie: nam Edessa ne quidem petita est a Quae erepta erant Romano imperio P. Sapore. Licinius Valerianus imperator vt recuperaret, in orientem profectus est, sed sexto demum anno imperii, vt possis intelligere, Persas sub Gallo inuafisse Mesopotamiam, sub primis autem annis Valeriani et Gallieni paullatim esse progressos. Hic autem imperator, vt erat segnis, vt res imperii Romani in summa perturbatione fractae iacebant, miserabilem casum subiit, vt ne quidem satis constet, praelione aduerso victus in potestatem Fersarum venerit, an in colloquio cum Sapore rege ex infidiis fit captus. Trebellius Pollio victum seu fraude seu ad-D d uer-

(4) L. I. c. 27.

uersa fortuna dixit. Victor Schotti: in Mesopotamia Superatum, mox etiam captum. Zonaras (5) Persas scribit Edessam obsedisse, eos vero Valerianum non ausum adoriri, priusquam Edessens milites crebris eruptionibus magnas clades hostibus inferre cognouit: adortum deinde Persas, aduerso praelio caesis Romanis, ipfum cum fatellitibus viuum hoftium in ma-Alii tradunt, Valerianum, cum Edessae nus venisse. ageret et milites fame vrgerentur, seditionibus exagitatum profugisse ad Perlas, seque et legiones tradidisse : exercitum, re cognita', esse dilapsum : et primum Antiochiam a Sapore effe tum vero Sic enim Georgius Syncellus : (6) captam. το δέ Ρομαϊκό ςρατό λιμώζαντος έν Εδέση η διά τότο ταραχθέντος, Ουαλεγιανός πτοηθώς ή χηματισάμενος έστι δευτέραν ίεναι μάχην, έαυτον πρέδωκεν τω Περσών βασιλά Σαστώρη, συνθέμενος η την αυτέ ς caτάαν προδώσαν. ο δε αωθόμενοι Ρωμαίοι μόλις διέφυyor, d'airape Sertur. Cui testimonio non opponi debet Zosimus, cum omnia strictim et negligenter narrat, nec tamen contradicere videtur. Cum interim Gallienus summa socordia Romae ageret, Callistus Romanorum dux Saporem paene oppressit Edessamque metu liberauit. (7) Ad haec credo tempora acciderunt, quae in Petri Patricii excerptis Constantinianis legimus : (8) Saporem magno in discrimine Euphratem traiecisse, exercitibus Per-

(5) T. I. p. 629. (6) p. 381. (7) Georgius Syncellus p. 382. (8) p. 25.

Persicis, qui in Mesopotamia remanserant, congratulantibus, quod commilitones sese maximis periculis expediuissent : at metum supersuisse consternatis ob praesidiarios Edessenos, itaque misisfe Chofroem in vrbem, qui oftenderent, fe nullo vano metu ex agro hostili discedere, sed vt festos quosdam dies concelebraret, itaque contendere se et monere, ne qua molestia suas copias adficerent, fe illis omnem Syriacam monetam, quam haberet fecum ex rapinis, munifice largiturum, fi conquiescant. Praesidiarii eam conditionem acceperunt atque e manu misere Persas, quos prope circumuentos, vt feras in cauea adoriri potuissent. Pugnatum eft igitur ad Antiochiam aut certe in agro Syriaco, vnde receptus erat Zeugma et traiecto Euphrate in vicino Edeffae agro Batnaeo. Post paullo Balifta praefectus Valeriani M. Fuluium Macrianum patrem et filios eius Q. Macrianum Fuluium et Quietum Fuluium ad imperium extulit. Hi quoque rem Romanam in Syria et Mesopotamia aduersus Persas sustinuerunt, donec Macrianus vterque contra Aureolum et Gallienum duxit. Tum enim Quietus folus cum Balista orientem tenuit. Caefis autem Macrianis patre et filio, Odenathus Palmyrenus rem publicam suscepit, deficientibus ad eum a Quieto et Aggreffus eos Emefae Odenathus, Balista vrbibus. praelio superior a Gallieno Imp. dux orientis constituitur. Omnia e Zonara. (9) Hic ille cum Per-Dd 2 fis

(9) T. I. p. p. 633.; adi fis Trebellium Pollionem in tyrannis.

fis non femel conflixit, victorque regiones, quas ceperant, recuperauit. Receptae sunt Carrhae in vicino Edessenis agro, tum Nisibis et ceterae deinceps vrbes, donec Ctefiphontem vsque peruentum est. Tanta fortuna et virtute sua Odenathus niti atque non iam pro duce orientis se gerere, verum in numis quoque summum Autoxeátoeos fastigium signare fauente et Syria omni et Mesopotamia. Hoc vero Gallienus Imperator Senatusque Romanus cum impedire non possent, vltro ei detulisse dicuntur Tre-Haud ita multo post Odenabellio Pollioni. tho Emefae interfecto per infidias Maeonii confobrini sui, Zenobia Odenathi vxor, mulier fortis imperium magno animo susceptum, maiori virtutis Claudius Imperator eam passus est refama geflit. gnare : sed Aurelianus Augustus Zenobia deuicta Mesopotamiam recepit. Etiam Carus Imp. in Mesopotamia contra Persas res gessit et cum Persae rurfum se efferrent, Diocletianus Alexandriae Aegyptique rebus compositis Galerium Maximianum Caefarem cum copiis contra eos misit. Ancipiti belli istius principio, res secundas sus sugarisque Persis et non modo Mesopotamia omni, sed etiam quinque trans Tigrim fluuium gentibus in potestatem redactis consecutae funt. Haec A. C. 207. gesta docet Pagius.(10)Claudius Mamertinus:(1)Credo itidem opimamillam fertilemqueSyriam,quam velut amplexu suo tegebat Eupbrates, antequam Diocletiano sponte fe dederent

(10) Vide Rufum, Eutropium, Zonaram T. I. p. 641. (1) InPansgyrico adMaximianum Herculeum. c.7.

rent regna Persarum : verum baec Iouis sui more, nutu illo patrio, quo omnia contremiscunt et maiestate vestri nominis consecutus est. Lactantius de mortibus perfecutorum, (2) Maximianus Caefar infidiis suis barbaros, quibus mos est cum omnibus suis ad bellum pergere, multitudine impeditos et farcinis occupatos non difficulter oppressit : fugatoque Narseo rege, reuersus cum praeda et manubiis ingentibus, sibi attulit superbiam, Diocletiano timorem. Non laudo, quod detrahere videtur maximis rebus gestis, odio hominum et temporum taedio. Pax ex eo annos quadraginta fuit, quod Persae in maximi apparatum belli impenderunt, donec extremis Constantini Magni annis illa procella erupit. Diocletiano adhuc imperante, magnam cladem Edessa accepit ab eluuione aquarum. Nam chronicon Edessenum atque etiam Assemanno citante Dionysius Telmariensis ad A. Edessenum 614. A. C. 303. Diocletiani vicesimum, mense Maio referunt, fluuium Scirtum, murorum parte, quae orientem solem respiciebat, deiecta, magnam in vrbe stragem aedium hominumque et pecorum edidisse et rebus totius Edesseni atque Carrheni agri vniuersis.

XIII. In illa alta pace, qua Conftantinus Magnus orientem rexit, ordinatio prouinciarum facta est, qualis perpetua sutura esset, multaque ob eam D d 3 caus-

(2) c, 9. Adi Petrum Patricium in excerptis de llegationibus p. 26. ed. Paris.

caussam ex priscis institutis aut abrogata sunt aut reformata in melius, non pauca tamen etiame priscorum imperatorum constitutione sunt relicta. Incertum tamen est, Diocletianusne an Constantinus M. Mesopotamiamin duas prouincias diuiserit, Meso--potamiam propriam, in qua metropolis Amida et Osrhoenen, in qua Edessa fuit. Norisius Cardinalis tamen suspicatur, ne sub Constantino quidem, fed sub Constantio filio illam ordinationem orientis Nam in Nyceno concilio, inter Meesse factam. fopotamiae episcopos primus subscripfit Aetholaus Edessenus et A. C 341. iam regnante Constantio, in Antiochena synodo: prouinciae Mesopotamiae Aetherius Edessenus. In synodi CPlitanae subscriptionibus vero est : Prouinciae Osdroenae Eulogius Edessenus. Prouinciae Mesopotamiae Mareas Amidensis. Synodus CPlit. coacta est A. C. 359. quintis Constantii Aug. quinquennalibus, anno post finem consecuta. Ex eo tempore in notitiis imperii et ecclesiae atque in libello prouinciarum Romanarum sub Theodosio, Afia omnis in Afiaticam dioecefin, quae Afia proconfularis fuerat priscis temporibus, Orientem et Pontum diuiditur. Orientis prouinciae praeter Syriam vtramque, Phoenicen, Isauriam, Ciliciam, Cyprum, Euphratesiam, erant Mesopotamia propria et Ofrhoene atque Sophane proxime Armeniam. Armenia enim ipfa in Ponto cenfebatur. Theodoretus, vt primo dixi libro, his fere temporibus Osrhoenen ad occidentem Euphrate definit, ad orientem Affyria seu Adiabene Persicae ditionis prouincia trans Tigrim. In notitia ecclesiae ad Edessammetro-

.

Digitized by Google

tropolin vrbes contributae reperiuntur, Carrhae, Batnae, Callinicum, Birtha. Birtham puta illam ad Tigrim, quae Adiabenae vicina fuit. Rhefainam quoque et Himerium sub ea metropoli censeri video. Synecdemus Hieroclis, (3) żwapyła Pooew ner (recte Anselmus Bandurius Οσρωήνης) ύτο ήγεμόνα πόλης 9'. Sunt autem Edessa, Constantia fiue Tela, Theodofiopolis (quamquam ea potius in Armenia censebatur) Carrhae, Batnae, Noua Valentia, Leontopolis quae et Kallivíry, Birtha. Ewapyía Μεσο σοταμίας ύσο ήγεμόνα πόλιν ά Αμιδα. Duces igitur duo fuerunt, acxortas vocat Iustinianus Imperator, (4) alter Ofrhoenes alter Mesopotamiae, ille tanto illustrior, quanto maior atque firmior prouincia Ofrhoene erat : vterque sub Comite orientis.Ad alendos milites praefidiarios vtriusque ducis descripta fuere praedia inde vsque ab Alexandro Seuero. Sic Aelius Lampridius in Alexandro, (5) apponamenim totum locum, quia legem imperatorum quam mox fubiungam, mirifice illustrat : Sola quae de bostibus capta sunt, limitanei, ducibus et militibus donauit, ita vt eorum ita essent, si beredes illorum militarent, nec vmquam ad priuatos pertinerent, dicens, attentius eos militaturos, si etiam sua rura defenderent : addidit sane bis et animalia et seruos, vt possent colere quod acceperant : ne per inopiam hominum vel per senectutem posfidentium desererentur rura vicina barbariae. Recte Cau-



<sup>(3)</sup> p. 48. in imperio Orientalii Bandurii (4) Nouella VIII. cap. XV. (5) c. 58. Sola cum dicit, puto a solo multitudinis numero quamquam inulitato dicere, terras, Terras, quae de bostibus captae sunt.

Causabonus barbariam dictam oftendit quamcumque regionem extra Romanum orbem : prouidentia Alexandri tamen maxime Melopotamiae fundos limitotrophos contra Persas instituisse videtur, vndesummum discrimen metuebatur. Cognoscitur ex lege Theodofii Iunioris et Valentiniani III. limitaneos milites, ex prisca dispositione, agros limitaneos cum paludibus omnique iure ab omni munere vacuos pro fuo compendio ipfos curauisse et arasse. (6) At illam dispositionem diuorum imperatorum priuatae cupiditates interuerterunt, occasionem, vt videtur, nactae e Constantini M. liberalitate. Dicitur enim primus legem tulisse, vt oppida, villae, agri, emeritis Comitibus et Ducibus aliisque militaris ordinis affignata, ad eorum quoque in vniuersum haeredes transirent. (7) Sapienter Alexander legi suae de limitaneis militibus adiecerat, fic agros adfignatos etiam in haeredum potestate futuros, si militarent. At hi paullatim, illorum exemplo, qui a Constantino agros non limitotrophos acceperant, agros quoque suos limitaneos tamquam priuatum peculium heredibus non militantibus transcribebant, aut vt e Theodosii et Valentiniani superiori lege constat, vende-Hanc fraudem Gratianus, Valentinianus et bant. Theodofius A. A. A. edicto ad praefectum praetorii coercuerunt, Honorio Nobilissimo Puero et Euodio Coss. A. C. 386. Ita edicunt Imperatores: (8) **Omnes** 



<sup>(6)</sup> Cod. Lib. XI. Tit. 59. L. 3. (7) Franciscus Balduinus nitidissimus ICtus in Constantino Magno p. 92. ed. Gundl. (8) Cod. L. XI. Tit. 61. L. 8.

Omnes fundi patrimoniales per Mesopotamiam et Osdrochenam prouincias, quos constat, diuorum retro principum fanctionibus limiti deputatos, ad ius pristinum sine vilius adsertionis reuocentur obstaculo, praebituri omnia, quae antea impendenda necessitatibus limitis praeberi consueuerant : ita vt nulli penitus audiantur, qui aut rescripto aut adnotatione dominium vel emphyteusin, vel conductionem quolibet genere largitatis de nostra liberalitate meruerint. Idem statuit Theodosii Iunioris et Valentiniani III. prouidentia, Theodofio Aug. XVII. et Festo Coss. A. C. 439. legelata ad Florentium praesectum praetorii : (9) Nulli iam in posterum licere praecipimus, patrimoniales seu limitrophos vel saltuenses fundos, qui per tractum orientis po-. sti funt, ad ius transferre priuatum, siue demto siue faluo canone iuris fundorum immutatio postuletur : legis temeratores quinquaginta librarum auri poena coercentes : tam videlicet petitorem, quam officium quod petitionem concedit : licet adnotatio nostra vel diuina pragmatica contra vetitum proferatur. In haec tantummodo tempora conueniunt, quae habet expositio totius mundi a Gothofredo primum edita, dein ab Nostra terra Mesopotamia et Osdroena. In Hudsono. Mesopotamia. Sunt ergo Nisibis et Edessa : quae in omnibus viros babent optimos et in negotio valde acutos et bene nantes (nauigantes, vt visum eruditis) praecipue et diuites et omnibus bonis ornati funt. Accipientes enim a Persis ipsi in omnem terram Romanorum venden-Ee tes

(9) ib. L. 13.

Digitized by Google

tes et ementes iterum tradunt, extra examen (aes) aut ferrum. Istae autem ciuitates semper stantes, dum et Imperatoris japientia, (scil. stabit) babentes menia incluta bello, semper virtutem Persarum dissoluunt: seruentes negotiis et transigentes cum omni prouincia bene: Deinde Ofdroenae Edessa et ipja ciuitas splendida. Vides ex postremis auctorem hunc scripsisse sunt ergo Nisibis et Amida.

XIV. Sub extremisannis Constantini PersaeTigritanas regiones infestarunt, co imperator in orientem duxit. Mox legati Persarum aduenerunt de pace, quod · Eusebius testatur, vt res optimis conditionibus tranfigi potuerit, nisi Imperator diem obiisset supremum. Postquam filii eius imperium diuisum A. C. 337. V. Id. Septembres auspicati sunt, Constantius grientem tenuit, infida pace, praesertim cum pars Armenorum deficeret ad Persas, nec adhuc aperto bello. Eo tempore, cum Constansa Maxentio vita est privatus et Constantina foror natu maxima Annibaliani vidua Vetranionem vnum e ducibus Caefarem pronunciauit, Edessae agebat Constantius, (10) et tunc maxime Amidam et Telam condebat, (1) feu potius communiebat, compositisque Armeniis et Arabum latrociniis vindicatis, excursiones faciebat vltra Tigrim in Perficas prouincias. Posteacum Magnentii et Vetranionis factiones ad tyrannidem occupan-

<sup>(10)</sup> Philostorgius Photis editus a Iac. Gothofredo p. 551. Athanasis epistola apud Socratem iu H E. L. 11. c. 23. et in Historia Tripart, Le IV. c. 28. (r) Assemanni Bibl. Or. T. I. p. 395.

pandam vlcisceretur, tum vero Persae summa vi Nifibin oblidere et oppugnare A. C. 350. (2) Vt oppugnarint vrbem, vt repulsi sint, Iulianus Imperator describit. Rursum pax sine soedere et iureiurando fuit. At A. C. 353. dux Persarum Nohodares in Ofrhoenen irrumpere tentauit et Batnen mercatibus, fub Septembris seu anni Edesseni initio, feruentem (3) Haec quoque confilia euentus frustraadoriri. Frequentes iam erant Perfarum excursiones, tus eft. Romanis quiescentibus. Nam Musonianus praetorio praesectus, adsumto ad deliberationem Cassiano Melopotamiae duce confilia Persarum ex tuto speculabatur. At vbi Antoninus ex opulento mercatore Rationa. rius Apparitor ducis Mesopotamiae, tum Protector, cum suistransfugit, Persae hunc autorem nacti, Niniuen cum maximis copiis adorti sunt A. C. 359. Interea, inquit Ammianus Marcellinus, (4) Sabinianus, inter rapienda momenta periculorum lectiffimus moderator belli internecini, per Edessena sepulcra, quasi fundata cum mortuis pace, nibil reformidans, more vitae remiffioris fluxius agens, militari pyrrbicha fonantibus modulis pro bistrionicis gestibus, in silentio summo delectabatur, ominoso sane et incepto et in loco. Hic Sabinianus armorum in oriente magister, exigui corporis et animi vir, vix ad leue in conuiuio iurgium, ne dum ad armorum strepitum impauidus, vt ille ait, (4) otio vacabat. Idcirco Ammianus eum naraye-Ee 2 λάζων

(2) Iulianus Imp. Orat. I. p. 27. Orat. II. p. 62. (3) Ammianus Marcellinus L. XIV. 4. (4) Ammianus L. XVII. I. c. 7. (4) L. c.

Digitized by Google

λάζων lectiffimum belli moderatorem dixit. In reliqua obscuritate sic interpretare Marcellinum: Sabinianum in summo rerum discrimine ad Edessam vrbem intra fepulcra castra habuisse et confilio stolido et loco in futurum ominoso. A Nisibi rex Persarum Amidam mouit. Tum vero Vrsicinus magister equitum, sed per calumniam a pristino statu deiectus (iusfus enim est Sabiniani sub imperio esse) Sabinianum ad opem vrbi ferendam affiduis litteris hortabatur. (5) Sabinianus tamen quiescere decreuit. Sic Amidasumma vi expugnata est a Persis. Erant ea in vrbe Galli milites, qui nocte quadam ex vrbe eruptione facta, tantam in exercitu Persico cladem ediderunt, vt ab hac parua manu maximas copias profligari potuisse vulgo ferrent, fi repentinum militum facinus prudentia tribunorum fuisset moderata. Ea caussa Constantius Augustus cum post excidium Amidae Edeffam venit, centurionum Gallicorum, qui in conflictu ceciderant, armatas statuas apud Edessam loco celebri poniiussit. (6) Cum Perfarum rex Singaram et Bezabden caperet, Constantius inita cum Armeno societate, Edessae, dum agmina undique conuenientium militum et rei cibariae abundantes copias opperitur, diu moratus, post aequinoctium egreditur auctumnale, vt ait Ammianus. (7) Exploratis deinde hoftium, qui ad Tigrim caftra habebant, confiliis, nihil vltra mouit. Magis enim eum vrgebat Iulianus per tumultum a militibus impera-

(5) ib. L. XIX. 3. (6) ib. L. XIX. c. 6. (P) L. XX. II.



perator dictus. Igitur modico in Mesopotamia praefidio relicto, ipse contra Iulianum prosectus Mopsicrenis in Cilicia obiit. Constantiissatuam ab Edessenis per ludorum licentiam impune euersam esse, Libanius testatur, de quo alibi.

XV. At Iulianus maximarum rerum spem animo conceperat, victoriam de Persis et Christianorum internecionem. Traiecto Euphrate ad Batnas appulit, municipium Ofdroenae, vt Ammi-An Edessam quoque venerit, anus (8) testatur. controuersiam facere videtur Zosimus.  $(\mathbf{9})$  Ait enim, cum Iulianus Batnas peteret, Edessenum populum vniuersum ei occurrisse et coronam obtulisse et faustis acclamationibus imperatorem inuitaffe in vrbem. O'  $\delta \dot{\epsilon}$ , inquit,  $\dot{a}\pi o \delta \epsilon \xi \dot{a} \mu \epsilon v o \varsigma$   $\dot{\mu} \dot{\epsilon} \varpi i \varsigma \dot{a} \varsigma \tau \ddot{\eta}$ πόλη η όσα έδη χεηματίσας έτοι Κάξεας εβάδιζε, Ιυlianus vero acceptis muneribus vrbem ingreffus et decretis, quae fieri oportebat, Carrhas petiit. Sed fi recte infpicias Zofimi mentem, Batnas, nonEdeffam ingreffum dicit et Batnis Ammianustradit oftento territum cursu propero venisse Carrbas. Sane Theodoretus fcribit, (10) eum Edessa ad laeuam relicta, Carrhas petiisse, offensum religione ciuium. Sozomenus quoque testatur, eum maxime infensum fuisse Edessenis, quod eorum ecclesia floreret. Eam caussam puto,

#### Eeg quam-

(8) Ammianus L. XXIII 2. (9) L. III. c. 12(10) L. III. c. 26.



quamobrem Iulianus Imp. S. Genellum Paphlagonem Edessae potisimum summo supplicio adfecit, de quo Menologium Basilii Porphyrogennetae Imp. (\*) Is enim Gemellus Imperatorem adiit Ancyrae in Galatia, vt de Christi religione abiurata cum eo ex postularet: Imperator eum tormentis excruciatum secum duxit, η ότε έΦθασαν ής Εδεσσαν πόλιν, cum Edef*fam venillent*, subulis candentibus humeros perforauit. et clauis ferreis in capite defixis, excoriauit. Non fane iple, sed per ministros et tribunos suos, qui Edessae Memoria eius die X. Decembris. fuerunt. Quod Zosimus vniuersum populum Edessenum se obuiam effudisse Iuliano scribit, id supra de Batnaeis interpretatus sum, qui et ipsi Edesseni erant. Effuderint se tamen etiam ab Edessa profani homines, quorum tunc magna adhuc fuit in vrbe copia, (1) pars maior populi ab Iuliani animo in christianam pietatem abhor-Constat etiam ex Ephremi actis Syriacis, (2) ruit. Iulianum, vbi Carrhisfacrificasset, proceresquosdam misisse, qui Edessenis impias deorum caeremonias fuaderent, at populum eos eiecisse vrbe, Iulianum vindictam distulisse. Inter haec Iouianus Edessam venit et in ecclesia S. Mariae per totam noctem precatus, Iulianum interiturum esse caelesti oraculo cognouit. Annotarunt Edesseniin chronico, (3) anno suo 674 mense Iunio Iulianum imperatorem occi-Recte, vt Antonius Pagius nos docet, VI. disse. Kal.



<sup>(\*)</sup> Tomo II. p. 21. editionis Vrbinatenfis. (1) S. Ephremi acta Syriaca spud Affemanum Biblioth. Orient, T. I. p. 33. (2) ib. p. 51. (3) p 397.

Kal. Iulias A. C. 363. Res apud exercitum Romanum fumma in perturbatione erant, cum Iouianus Augustus a militibus dictus, non modo Transtigritanas prouincias iniqua pace destituit et Armenos socios, sed etiam Nisibin munitissimam yrbem et maximum totius orientis propugnaculum Perficis inuictum armis tradidit. (4) Tam caro et reditum emit et triginta annorum inducias. Inde Edessam venit Nam Philostorgius Photii prodidit me-Iouianus. moriae, (5) isthic ad eum adiisse Candidum et Arrianum de controuersiis cum Athanasio. Eodem referenda est inscriptio legis in Codice Theodosiano, (6) quae Iouianum et Valentinianum Coss. perperam fubnotatos habet, vt Iacobus Gothofredus iam animaduertit. (7) Nam Salustius, qui anno illo 363. cum Iuliano Cos. fuit, fub Iouiano Imp. in honore mansit, anno autem post Iouianus cum Varroniano Nobilissimo puero confulatum iniit. Cum Iouiano Cos. Valentinianus numquam fuit. Non diu Edessae egisse videtur Iouianus. Nam Zosimo teste, oppida raptim obiit, donec venit Antiochiam. Confirmat id quoque Ammianus, istius comes expeditionis. Edessam ne nominat quidem, quod nihil magnae rei ea in vrbe gestum fuerat. NamCandidus et ArrianusImperatorem morari non potuere. Antiochiam Hyperberetaeo mense, siue Octobri Iuliano venit, vt auctor est Theophanes Byzantius. (8) Anno autem

<sup>(4)</sup> Ammianus L. XXV. 7. Zosimus L. III. 31. (5) P. 111. ed. Gothofr. (6) Codice VII. Tit. 4 de crog. militaris annonae L. 9. (7) In sotis ad Philostorgium p. 330. (8) Thophanes p. 45. ed. Par.

tem post 364. IV. Kal. Martias in Dadastanis decesfit. Edessa legem tulit, quam supra citaui: E vi-, censimo non amplius lapide milites sibi iubemus paleas conuestare. Dat. V. Kal. Octobr. Aedesa, Iouiano et Varroniano Coss. Verum est, quod Gothosfredus ad Philostorgium monuit de Coss per errorem editis : nam non placet, quod deinde in Codice subdubitauit, an potius V. Kal. Febr. emendaret, quo mense Iouianus Edessa versari non potuit.

XVI. Erat nunc amissa Nisibi summum orientis praesidium et propugnaculum Edessa, dum interea Sapores inuasit Armeniam. (9) Inde Persae Mefopotamiam fic vexabant, vt Valentem ad pacandam prouinciam necesse fuerit in Persas mouere.(10) Sed lenta fuit expeditio. Nam Valens ante A. C. 372. vt Pagius docet, Antiochiam non venit. Ifthic hiemem totam commoratus, vere primo Hierapolin Syriae petiit et inde duxit in Persas. Rebus nullis gestis rediit Antiochiam in hiberna. Hoc tempore credo eum cum Modesto praesecto praetorii Edessae suisse, quod Theodoretus memoriae prodidit in historia ecclesiastica. Non admodum gratus ille aduéntus ciuibus, quod Imperator, qui Arrianis fauebat, orthodoxos Edeffae adfligeret, paene cum internecione ciuium. (1) Iacobus Gothofredus(2) de

(9) Ammianus L. XXVII. 12. (10) Zofimus L. IV. c. 4. 13. (1) Theodoretus H. E. L. IV. c. 15. 16 feq. Socrates L. IV. c. 17. Sozomenus L. VI. c. 17. conf. Niceph. Call.L. XI. c. 22. (2) Cod. Theodofian. L. IV. p. 430.



de hac persecutione fic indicat : neque absurde coniiciat quis, bac persecutione Valentis Edessam non tantum euacuatam cultoribus,quod scriptores illi indicant et aliis exemplis apud Basilium firmari potest, sed et Curialibus, quod Basilius de ipsa Caefarea testatur diserte : atque adeo banc buius legis ferendae Valenti occasionem fuisse. Duas leges tulit Valens quae ad Ofrhoenos pertinerent. Dicam dc lege posteriori primo loco. Eam ille Hierapoli tulit (1) ad Modestum P. P. A. 377. vt per orientem prouinciae in titulo auri compariticii, quod per iugationem redditur, compensationis gratia, perfruantur, exceptis Ofroene et Isauria: nam easdem constat aurum compariticium minime redbibere. Primum Romani milites fuis sumtibus castra secuti funt : adsignata deinde iisdem stipendia. Gracchus legem tulit etiam de veste praebenda e publico. Res grata militi et populo, praegrauis deinde provinciis. Valentis Imp. aetate quaedam prouinciae pro canone vestium aurum pendebant, fingulis pro vestibus folidum. Ea erat adaeratio vestis militaris, id aurum compariticium. Vt quaedam prouinciae proportione amplius pendebant, ita orientis prouincia per triginta terrena iuga fiue vestem fiue adaerationem. Et cum iuga esfent, quantum terrae per annum vno boum iugo exerceri potuit, tum vero triginta terrena iuga in lege, quae alias triginta capita. At ex Orientis, quae aurum compariticium tribuebat, forte exemta erat Ff **O**ſ-

(I) Cod, Theodof, Cod. VII. Tit. VI, de militari veste L. III.

Ofrhoene, in qua non aurum, fed vestis ipfa praebebatur, ita fine dubio, vt triginta capita vnam fingulis annis vestem praeberent. Id eo opinor accidit, quod Edessae tum pascua abundarent, tum opificum manus. Altera data est Antiochiae ad Modestum P. P. III. Non. Decembres, post confulatum Gratiani Aug. et Equitii V. C. Hoc est, A. C. 375. qui, cum ob turbas rei publicae confulibus caruit, fuperioris anni collegio infigniebatur. Est autem lex his verbis concepta: (3) Quicumque per Osrboenen primipilaris maiore laetatur numero filiorum, vnum loco suo, veluti baereditario iure substituat, alterum pro amore patriae, Aedesenae curiae (in Codice Theodofiano, Aedesiae curiae, quae est Edessena) tradat obsequiis, seteris, qua voluerit militia, prouisurus : sin autem duos tantum procreauerit, eundem ordini patriae restituat, nullo contra banc formam beneficio valituro: damus sane licentiam tam patribus eorum, quam ipsi, qui buius legis auctoritate ciuitatum obsequio aggregantur, vt, fi quos curiales patrocinio principalium inuenerint excusari, in medium proferant, vt ipsi similibus officiis deputati, pareant impetratis. (3) Scilicet multa illarum aetatum querela omnium 'municipiorum toto orbe Romano fuit, deseri curias. Nam munera municipalia non ita multum dignitatis\_ habebant, plus oneris: non annonas, non falaria ex fisco, aut alia militarium priuilegia. Quare multi, ne decuriones fierent, aut exceptores iudicum, aut quo

(2) Codice Inftin. L. XII, Tit. 58. L. 5. et Codice Theodosiano L. XII, 1. 79. de decurionibus.



quo nomine alio curiales dicebantur, relictis oppidis in agros se conferebant, quos seuerissimo edico Constantinus M. castigauit. Iam cum in Ofrhoene militares viri priuilegiis suis delectarentur, curia Edessena tamquam deserta iaceret, hoc edicto modum statuit Imperator. Valentinianus Theodosius Arcadius A. A. A. legem Valentis confirmarunt et explicarunt A. C. 384. lege noua ad Cynegium Praesectum praetorii: (3) Ob penuriam Aedesenorum municipum diui parentes nostri statuerunt, vt Officii praesides Osdroenae prouinciae principum liberi, si singuli effent', memoratae ciuitatis curialibus iungerentur : sin vero bini, diuisa fecunditate, singuli militiae, singuli vero Curiae necterentur : quod cum ita sit, iubemus et praesenti lege et superiore servata, vt omnes omnino, qui ordine militiae ad principatum venturi funt, vel venisse monstrantur, (etiamsi aliqua calliditatis arte se a principatus munere putauerint subtrabendos) memoratae Curiae (uos liberos tradant diuidantque Aedesena ciuitate subolem rei publicae prosuturam : bi quoque, qui iam contra legem ante principatum patrum, quibuslibet sacramentis innexi sunt, retracti, memoratae Curiae congregentur. Principes hac in lege, qui in superiori primipilares. Ceterum ad cognoscendum statum ciuitatium Osdroenae iis temporibus, necesse est, vt curiarum rationem exponamus. Id ipfum Iacobus Gothofredus fumma diligentia executus est in Paratitlo de Decurionibus : Ff 2 (4)

(3) In folo Codice Theodof, Cod. XII, tit, I. de decurionibus L. 105.

(4) itaque eius auctoritate hoc loco vtemur in breui curiarum descriptione. Ciuitates, municipia, nonnulli etiam vici in orbe Romano, praeter plebem, sum quendam senatum habuere et ordinem siue curiam : huius curiae fenatores, dicebantur decu-, riones, curiales municipes, municipales. Alii inde a patre, auo, maioribus decurionum conditione, qui vt primum nati eo in numero censebantur et duodeuicesimo anno ad munera ciuica adstringebantur, nullo maternae stirpis iure, nisi apud Antiochenos. Alii ex plebeiis ciuibus patrum iudicio atque ordinatione nominati, inter quos etiam Iudaeis Alios euchebat incolatus et domicilii effe licuit. jus, alios splendidior fortuna ad perferenda munera ciuitatium, qui vltra quinque et viginti ingera possidebant privato dominio, quiue curialium fundos et patrimonia fibi praesumserant, alii quod idonii effent ex vacantibus et corporibus certis, e conditionalibus ciuitatum, subscribendariis, tabulariis, diurnariis, logographis, cenfualibus, post emensum munus, e militarium et veteranorum filiis, qui seu nollent militare, seu non possent : denique vt his legibus fancitum, primipilares siue officii pracsidis Osdroenae principes alterum filiorum Curiae Edessenae debebant. Munera decurionum, nominibushonestissimis et ornatissimis, at ita grauia, vt nullum magis rei conueniat, quam cum onera etiam atque vincula vocarentur.\* Curae omnes publicae ciuitatum

(4) Ad Codicem Theodolianum T. IV. p. 326.

Digitized by Google

tum, pecuniae publicae, annonarum exactio ad decuriones pertinebant : ex iis susceptores et compulfores in prouinciis, periculo curiae creabantur, ex iis, qui iudicum praecepta exequerentur, mansionibus, pagis, horreis praesecti, procuratores metallorum effent, legationes obirent, nonnumquamet cursus publicos regerent. Mirum igitur non eft, cum Saluianus (5) fcribit: quae enim sunt non modo vrbes, fed etiam municipia atque vici, vbinon, quot Curiales fuerint, tot tyranni fint? quis locus est, vbi non a principalibus viduarum et pupillorum viscera deciuitatum 💪 uorentur et cum bis ferme omnium sanctorum? Erant certi inter decuriones gradus munerum. Summus, Duumuiratus, qui et Magistratus simpliciter. Hi populi fuffragio nominati, duobus menfibus aut tribus post, potestatem adibant aliis in ciuitatibus annuam, in aliis quinquennalem, ludosque initio magistratus edebant populo. Secundum duumuiros in Curia erat vnus, qui primum locum tenebat curiamque regebat comitiuae dignitate. Qui primum, secundum ceterosque superiores gradus tenebant in curia, aliis in ciuitatibus decem, alibi numero alio, primates et principales dicebantur. Ad hos honores adfcendebant, muneribus inferioribus per ordinem defuncti. Qui duumuir lectus fuerat, exacto magistratu nullis muneribus inferioribus tenebatur, huius supremi ordinis eorumque munerum candidatus. A principalibus fiebant adscriptiones et exactiones, eorum erat distributionum omnis forma, disciplina publi-Ff 3 ca

(5) De Gubernatione dei L. V.

Hoc honore per multos annos deca et censura. functi ob omnibus muneribus vacabant et Excomitibus accenfi, praefidatus honore fungebantur aut otio fe tradebant. Edeffenae curiae istis in legibus, quas produxi, mentio fit. In tota Ofrhoene quinque curias fuisse Gothofredus afferit et leges citat, in quibus nihil eiusmodi inuenio. Etiam praedia sua et mancipia Curiales, vt muneribus satisfacere possent, fine decreto ne alienarent, cautum fuit a Theodofio M. Inde Honorius et Theodofius A. A. quia in lege dubitatum fuit, A. C. 423 fic decreuere. (6) Vt, ficurialis praedium vrbanum aut rufticum vendat çuiuscumque conditionis emtori, apud Restorem prouinciae idoneas caussas alienationis alleget, non perfunctorie a Iudice, sed verissime requirendas, vt ita demum, distrabendae possessionis facultatem accipiat, si alienationis necessitatem probauerit; infirma enim erit venditio, si baec suerit forma neglecta, ita vt pretium emtor amittat et venditori cum fructibus illaesam possessionem restituat. Quae quidem de futuris contractibus observanda sunt. At maior videtur in Ofdrhoene necessitas suisse, vt curialibus lege subueniretur, qui a militaribus et potentibus hominibus facultatibus suis per vim et frau-Quare inquiunt Imperatores: dem exuti fuerant. praeteritas vero emtiones in Ofdrboena spicialiter prouincia consectas, licet ex tempore legis sub diuo auo nostro promulgatae sine gestorum testificatione a qualibet per-

(6) Cod. Theod. L. XII. tit. 111. de praediis et mancipiis curialium L, 2.

230

persona celebratas infirmari oporteat, tamen ex prima transacta nuper indictione, ita volumus infirmari, vt alterius fortunae vel bonoris bomines, qui fine decreto praedia curialium in memorata prouincia compararunt, receptis pretiis, posses, quas emerant, dominis restituant: ita, vt, si vsuras vel sumtus rei melioratae poposcerint, a venditore percipiant, fructus inuicem red-Theodofius M. etiam hanc gratiam fecit dituri. Edessenis, cum Aedem deorum prope vrbem haberent, fimulàcris ab arte nobilibus frequentem, eam aedem vt lege lata ad Palladium ducem Ofdroenae, patere iuberet solemnitatibus et concioni populari, modo a facrificiis abstineretur. Euerfam tamen deinde esse a duce alio Osrhoeno, vxori christianae er monachis obsequenti, e Libanio secundum Iacobum Gothofredum oftendimus fupra. Gothofredus putat Proculum Comitem Orientis auctorem fuisse, aut certe Cynegium, cui Theodosius occludendi per Orientem et Aegyptum templa negotium dederat et Libanium  $\pi \epsilon c$ i  $\epsilon c \omega \nu$  A. C. 388. dixiffe: nam Cynegium A. C. 387. Alexandriae id negotium perfecisse, atque A. C. 388. in itinere diem (7) At mihi is videtur fuisse obiisse supremum. non Cynegius, sed praesectus aliquis Osdroenae post Nam Cynegius, vt erat imperatum, Palladium. templa clausit, diruit nulla. Testem habeo, quo nemo potest esse grauior, Zosimum: (8) is enim cum Imperatoris edictum protulisset, nihil aliud in Cy-

(7) In Codicem Theodof, T. VI. p. 269. 271. (8) p. 252, ed, Oxon.

232

Cynegio testatus est;, quam awéndure ras incous των iegur, Jurias δ' apže. Non impune tuliffet Cynegius apud Zosimum, si in provinciis praeter edictum aliquid grauius statuisset de templis. Neque ego hic Idatianis Fastis plus tribuerim, quam Zosimo, in quibus est : gentium simulacra subuertit. Et cum Cynegius Tỹs dulỹs u wazxos, Praefectus aulae apud Theodosium fuit, locus suspicioni relinquitur, eunuchum fuisse. Hic autem qui Ofrhoenam aedem diruit, vxorem habuit christianam, cui omnia Libanii iudicio commodauit, et natus in Ofrhoene fuit, quod ex Libanio concluditur. Quare existimo, illo tempore, cum Cynegius orientis et Acgypti templa occluderet eoue in negotio praesectos minores adhiberet, hunc Ofdroenae ducem coniugi et monachis obsequentem excessifie officio et aedem in Osrhoene Amouisse a se culpam in necessitatem obdiruiffe. sequendi Libanius non dissimulat. Ceterum Theodosius M. rebus ita praesuit, vt Persae eius vim me-Vtcumque res eius Zosimus eleuat, tatuerent. men ex Orofio (9) Cognoscimus, pacem Persas per legatos petiisse. Latinus Pacatus in panegyrico fic dixit(10): Per fia ipfa rei publicae nostrae retro aemula et multis Romanorum ducum famosa funeribus, quidquid wmquam in Principes nostros inclementius fecit, excusat obsequio : denique ipse ille rex eius, dedignatus antea confiteri hominem, iam fatetur timorem et in bis te colit templis, in quibus colitur : tum legatione mittenda, gem-

(9) L. VII. c. 34. (10) c. 22.

gemmis fericoue praebendo, ad boc triumpbalibus belluis in tua effeda suggerendis, etsi adbuc non est soederatus, iam tamen tuis cultibus tributarius est. Demus aliquid oratoris ambitioni: res ipsa negari non potest. Legatos eos CPlin. A. C. 384. venisse e Marcellino Comite constat. (6) Ad firmandos orientis terminos Rhaesainam in Oschoene exaedisticauit A. Edessense terminos Rhaesainam in Oschoene exaedisticauit A. Edessense terminos aut potius vrbem, quae erat, moenibus cinxit. Idem Chronicon ad A. Edessenum 706. XVII. Ianuarium, mortem Theodosii (1900) Regis Magni et ad VIII. Nouembris funus consignauit, tamquam orienti admodum desiderati.

XVII. Etiam postea aliqua quies a bello in Me-Sub Arcadio et Honorio A. 724. sopotamia suit. muri Edesseni tertium ab inundatione euersi sunt. (7) Vt scias A. C. 413. accidisfe, in fine Chronici Edesseni dies XVIII. Martii, feria tertia, hac insigni clade notatur. Moenia quidem mox reparata funt : vt etiam circumiecti agri magis effent tuti, passim a priuatis excitatae sunt locis idoneis arces, quales plerasque Franci bello facro ea in regione repererunt, vt ex Villermo Tyrio cognosci potest. Hanc ciuium prouidentiam Honorius et Theodofius Imperatores A. C. 420. lege lata confirmarunt: (8) Per prouincias, inquiunt, Mesopotamiam, Osdroenam, Euphratensem, Syriam Secundam, Phoeniciam Libanen-Gg

(6) p. 85. (7) p. 402. (8) Codice L. VIII. Tit. X. 1. 10.

Digitized by Google

nensem, Ciliciam Secundam, vtramque Armeniam, 😎 tramque Cappadociam, Pontum Polemoniacum atque Hellespontum, vbi magis boc de federatur-ceterasque prouincias permittatur, murali ambitu fundos proprios, feu loca sui dominii constituta vallare. In haectempora congruit, quod Theodoretus de Edesfa (9) πόλις δ'άύτημεγίςη η πολυάνθρωπος. Mox, rupta pace, omnia Persarum excursionibus latrociniisque agi et ferri contigit, pax autem demum A. C. 422. coaluit, vt ex Marcellino Comite (10) intelligo. Nihil deinde magnopere accidit vsque ad A. C. 441. cumPersae, codem teste Marcellino, rebellarunt, nisi si quis a me commemorari desideret, quod in Chronico Edesseno est, puluere pluisse. A. C. 466., Leo Thrax Imperator, vt est eodem in Chronico (1.) et apud Dionysium Telmariensem, Callinicum in Osrhoene instaurauit et Leontopolin vocari iussit. Cum Leontius et Illus contra Zenonem concitarent orientales populos, Edesseni in obsequio et fide Imperatoris Nam cum Metroninus quingentos equimanserunt. tes ad follicitandos ciues duceret, constanter repul-Aliquot post annis, A. C. 495. lues Edessus est. fam inuasit, quae hominum morbo illo adflictorum ora foedum in modum deturpanit, nullo tamen post recuperatam fanitatem morbi figno relicto : quam pestem magna rerum venalium vilitas consecuta est. Vt fit, lasciuientibus adfluentia animis, anno poft, cines XVII. Maii ludos in orchestra, quae Trimarion dice-

(9.) In hiftoria Alcet ca p. \$12, (10) p. 39. (1) p. 405.



234

dicebatur, edidere magnificos, cereis funalibus ad veramque fluminis ripam accenfis. Haec cum Iofua Stylites in Chronico refere, (2) addit miraculum, quod labarum crucis a Constantino M. Edessae confecratum a loco suo ad vnum cubitum excesserit, quafi rem turpislimam auersatum, postridie autem eius diei sub vesperam in locum suum redierit. Tum A. C. 497. Stylites testatur, gliscente iterum lue, plerosque oculis fuisse captos. Erat eo tempore praesectus Edessae Anastasius, cui successor datus est Alexander, qui moenia vrbis a fordibus perpurgauit, Parepton quoque iuxta portam Petrae et Dimasion apud horrea publica exstruere aggressus, opus, quod dudum erat defignatum, peregit. Erat Alexander fingulari institiae laude : sexto quoque die in aede Ioannis Baptistae et Adaei apostoli disceptantes audiebat litesque omnes a quinquaginta annis agitatas componebat. Et ne quis ab aditu suo exclusus iniuriam pateretur, in praetorio fecretum locum habuit, in quem per patentem rimam libelli fupplices coniicerentur, quos ipse folus legebat. Habemus in eodem Iosua Stylite aliquot annorum continuatam hi-Roriam Edessenae vrbis, in qua est etiam, A.C. 498. ciues per septem noctes tunicatos discinctosque in tiaris lasciuientium more cum funalibus et odoramentis decurrentes, incondita carmina accinisse, donec a Xenaia Mabugensi episcopo, quitum forte in vrbe fuit, increpiti conquieuerunt. Vo-Gg 2 torum

(2.) Apud Affemanum T. I. p. 267. .

torum celebritati templum apud Ofrhoenos patere voluit Theodofius M. Imp. Erant ludi publici et vota publica, quae tertio Ianuarii pro falute Principis concepta festis conuiuiis instaurabantur. Et hi quidem Edessenorum ludipersimilesBromialibus Bac-Nam tametsi plerique Edessae religionem dei chi. profitebantur verbo, tamen, vt tum erat in orbeillo christiano, multa profanum in modum fiebant lasciue, multa impie. Exstant tot Synodorum canones, qui impietati aggerem et vallum opponerent, tot piorum querelae et lacrumae testes morum alienorum a sanctissimi professione nominis. Synodus in Trullo: (3) Καλάνδια λ Βοτα λ Βευμάλια, ή τε πρώτη Μαΐε πανήγυρις της των πιςών πολιτάας πε-Brazeh Gwoav. Galandia, Bota, Bromalia, et ludi Calendis Maiis, e christiana ciuitate tollantur. Edessenos ludos annuos magna cum verborum factorumque licentia inftauratos Theodofii M. temporibus Libanius descripsit in oratione έωι ταις διαλλαγαις. Nam tametsi ea in oratione exstat Eucoa, tamen Iacobus Gothofredus, (4) cui haec observata debernus, Ederar reponit ea caussa, quod vrbs ir rois duopious της Ducias Libanius ponit, non in Syria ipfa, quodue cum alia in oratione hos ipfos ludos attingit, Edessam vrbem nominatim citat. Is autem Theodofii Imperat. clementiam aduersus Antiochenos, qui statuas eius euerterant, collaudans, eius virtutem cum Constantii Imp. facto comparat, cuius

(3) Canone 62. (4) Cod, Theod. T. VI. p. 270,

Digitized by Google

ius statua ab Edessenis subuersa suerat et contumeliose tractata :

nebs Tiva on Je Doiσούν έξετας έον, η προς τον έν τοις όμό σοις τη Συρία δι εικόνος η αυτόν ύβεισμένον. Αλλ' ι τις Eperar (Gotbofredus E-SEJAN) & Tas Ending EOGτας και τές περί έοςτάς ένθυμηθάη νόμες, ώς παλαιόν τι τέτο δια πάντων βασιλέων ήκον, ηδί άεχαιέτητα μαλλον ήδονήν Φέρον, ήλύσην, πολύ το έκ ίσον τῶν περί τὰς άκόνας αμΦοτέβων έυρήσα, κ τοσετον, όσον ΰβρεως η παιδιάς το μέ-Λέγεται δέ η σοσον. Φῶν ἀνδ Θῶν ἐσις ήμη τῦτο καταδεδήχ θαι χαριζομένη τισί τα τοιαῦτα δαίμοσι ταις μετά παιδιας λοιδορίαις ές ισντων εκάνες, έ τωως τάυτη κεκοθεσμένοι μηδέν πλέον παρά τῶν ανθεώστων ζητώσι. Καί משוק אי אי אי מצוטע טרשי.

Quod reliquum est, quocum te comparari decet, nisi cum eo qui in vicinia Syriae, etiam in imagine adfe-Etus contumelia est ? At fi quis secum recordetur Edes-(am et eius vrbis ludos et leges ludorum, quemadmodum boc vetus institutum per omnes reges et Imperatores concessum, propter vetustatem plus voluptatis secum serat, quam tristitiae, is multam diuer sitatem sentiet in iis, quae Antiocheni et Edes-Jeni de imaginibus statuer unt, et tantam vero diuer sitatem, quantum inter contumeliam et ludum interest. Perbibent autem scientiam quandam sapientum virorum exstare, quae meruerit recipi a certis quibus dam daemonibus,quos sapientes illi pascant ludibriis et iocis, vt ita exsatiati, nibil amplius ab bominibus requirant. Neque δė,

Gg 3

δύντας έχώνες & τύς γε έν δόξη πας' αυτοις όντας αΦορμήν γενομένες τοις μετά δρόμε σκώμμασι. nag' Éxagor toirur Étog τοιαῦτα θεόντες, ἔχυσι τηνα το τέ καιρέτε πλή-Эυς αυτών ασΦάλκαν, 3 την έσι έήμασι μόνον, άλλ' όμως έΦ' άσασιν α ποιθν ήδίω δύναται την หลิง น็องพง ยห έορτγγ. opdus dviades e or tyv TIμωρίαν in, μικεόψυχός τε έυθύς η σκαιός ένομίω η η νόμων ίερῶν αλλότριος.

τα η σΦας durbs numme, fidem buic rei negare decet eum, qui videat, eos ip[os in comoediis traduci et qui apud eos in dignitatibus sunt, expositos esse conuiciis et scommatis in discursationibus stadii. Igitur Edessae, cum quotannis spectacula talia edunt, a longinquitate temporis rei impunitatem sunt nacti, non modo in verbis (ed etia m in omnibus, quae ludos iucundiores facere possunt. Et si princeps sibi non tomperans vindictam talium parauerit, illico abiecti animi et scaeuus et legibus sacrorum inimicus iudicatur.

Subiicit deinde, Constantium pepercisse Edessae, memorem moris et legum ludorum : at Antiochenis parciturum non suisse, vbi nulla tanta licentia ludorum excufare contumeliam posit. A. C. 498. quo istos ludos, quos supra commemoraui, Iosua Stylites instauratos retulit, duae basilicae et balneum aestiuum corruerunt cum duorum hominum clade. Laetum dcinde ciuibus Edessenis, cum Anastasius Augustus chryfargyrum toto orbe Romano fustulit. (5) Erat

(5) Id quale fuerit, Michael Glycas p. 266. Constantinus Manasses p. 63. declarant.



Erat vnius aurei tributum, quod quarto quouis anno ab opificibus exigebatur. Ex eo tributo ante hoc tempus conficiebantur centum et quadraginta auri librae, vnde, quantus opificum numerus Edessae fuerit, intelligi potest. At in primis Edessenos eodem anno adflixit Alexandri praesecti discessus. Demofthenes igitur, qui gratiofo huic viro fuccedebat, yt fauorem populi captaret, ad ornandam vrbem porticus calce induci iusit. Tamen nonnulli beneficium praesecti in inuidiam vertebant, veluti exemplo edocti, ea re certam calamitatem portendi. Et magna quidem vis locustarum anno post Maio mense ab austro aduecta terram opernit, at exiguo Edesseni agri damno, quod Iosua Stylites testatur : nam e chronico Edesseno cognoscimus, sementem et herbas denuo propullulasse. Mense vero Septembri ingens terrae motus vrbem concusiit, e quo fons balnei I-XXIII. Octobris fol ipfo in ortu berorum exaruit: ad octauam horam obscurari est visus, eodemque die moenia vrbis ab australi regione vsque ad portam maiorem corruerunt. Post Nouembri mense sub meridiem, arcus in caelo est visus cruribus in altum versis : Decembri autem hasta in caelo apparuit, quam quidem auroram borealem suisse opinor, similem illis, quae saepe alias visae suere Edessae.

XVIII. Maior A. C. 500. calamitas Edessam omnemque Osrhoenen adflixit. Nam locustae mense Martio, Arabiam, Rhefainam, Telam et Edessam opperuerunt, ex quo atrocissima sames Aprili mense in-

Digitized by Google

240

Et praesenti malo et maioris metu Petrus ingruit. episcopus motus, Anastasium Augustum adiit, vt quo in loco res fint, docendo, tributi exactionem deprecaretur. Igitur Imperator aurum quidem, quod tum maxime a praesecto CPlin erat missum, recepit, plebi tamen, quae in suburbiis pagisque agebat, tributum, quod in capita ex prisco instituto pendebant, et quandam auri summam ex veteri debito remisit, Edessenis vero ciuibus gratiam fecit, ne militibus Romanis in praesidio, aquam veherent. Vilum eft tanto in malo remedium et serius adhiberi et parum fubleuare populum. Quare Demosthenes A. C. 501. relicto Edessae propraesecto Eusebio, CPlin ipse adiit. Eusebius interim, qua potuit prudentia ad famem. fedandam omnes artes suas adhibuit, et cum pistores in vrbe copiam panis, quanta desiderabatur, exhibere non possent, omnibus coquendi vendendique potestatem concessit. Parum proficiebat in simplici calamitate, cum Nouembri mense pestilens morbus primum rusticam multitudinem, quae ex agris in vrbem confugerat, inuafit, tum deinde etiam ciues, Decembri autem tanta frigoris vis ingrueret, vt qui a fame atque lue defendi videbantur posse, frigoreinterirent. Iam aderat a CPli Demosthenes cum ingenti summa auri, qua inopes subleuaret. Is vt huic quoque frigoris incommodo subueniretur, apertis basilicis, quae iuxta hibernum balneum erant, storeis et le-Aulis plebem fouebat, iuuantibus in partem ecclefiae Tamen ad Martium vsque extremum oeconomis. magna mortalium multitudo fame, pestilentia et fri-

frigore periit, vt fingulis diebus centum et viginti, ad triginta efferrentur, quos Demosthenes omnicura atque honore sepulcri prosecutus est. DeniqueA. C. 502. Iunio mense, rerum omnium affluentia et vi-Mentes tamen hominum nouis litas consecuta est. prodigiis percellebantur, cum Augusti XXII. sub vefperam luculentus ignis ad boream tota nocte ardere elt visus, nunciatumque postea suit, eodem die Ptoleniaidem, Tyrum, Sydonem et Berytum terrae motibus concidisse. (6) Procopius Caefariensis (7) etiam puerum Edeffae natum duobus cum capitibus terrori fuisse refert. Et eodem tempore Cubades Pherozis filius Persarum rex, Romanos fines ingressus, Theodofiopolin in Armenia obsedit eoque oppido per proditionem capto et societate cum Namane Arabum rege inita, Mesopotamiam inuasit. Anno post Namanes, caefis ad Telam Constantiam ducibus Romanis, omnem intra Edessam et Carrhas regionem extremo Nouembri vastauit et duodeuiginti millia in captiuitatem abripuit. A Cubade Amida, quinto mense ex quo obsideri coepit, occupata. (8) Hoc casu ita consternati suere Syri in Mesopotamia, vt nisi eos Iacobus Sarugiensis confirmasset, agris relictis conceffuri effent in occidentales ad Euphratem prouincias. Erat autem Osrhoene iam superioribus annis nudata colonis, qui famem fugientes in Ηh Ar-



<sup>(6)</sup> Iolua Stylites l. c. Chronicon Edessfenum p. 407. Dionysius Telmariensis. (7) de B. G. p. 606. (8) Iolua Stylites l. c. Marcellinus Comes p. 47.

Armeniam aut Syriam se receperant. Edessen interim moenia reficiebant, portasque communiebant vectibus ferreis, et tres exercitus a CPli appropinquabant, qui Mesopotamiam a Persarum vi de-Areobindus cum exercitu aduersus fenderent. Nisibin consedit, Patricius et Hypatius cum suis copiis Amidam duxerunt : Edeffeni tritici modios ad fexcenta et triginta millia exercitibus submiserunt, imperante Appione Aegyptio, qui aerario castrenfi praeerat. Areobindus mox ab Dara et Amudi, vicinis Nisibi oppidis, cedere coactus, intra Telensium et Edessenorum fines consedit. Et Patritius quoque Hypatiusque re varia fortuna belli gesta, se receperunt, eoque casu Areobindus perterritus, moenibus Edessae vrbis se suosque inclusit.

XIX. Impellebat Namanes Cubadem, vt Edeffam totius orientis propugnaculum inuaderet, qua capta, breuem moram et Mesopotamiae occupandae et Syriae fore docebat. Erat in exercitu eius, qui ab vrbe inuadenda Persas absterreret, nequidquam illam vrbem peti, quae Christi ad Abgarum priscum Osrhoenes regem vel dicto vel scripto aduersus omnem externam vim in perpetuum muniretur. Scilicet, vt supra dixi, illa in oriente opinio tenebat, Christum his fere verbis de Edessa pronunciasse: , we since the second to the second tenebat of tenebat of the second tenebat of tene

(9) losus Stylites p. 261, 276.



dem in modum Christum effatum fuisse, aut scriplisse, Procopius persuaderi sibi non est passus, attamen ea persuasio credita vulgo celebrataque, animos Edessenis saepenumero contra Perfas fecit. Namanes paullo post ex vulnere, quod in conflictu acceperat, decessit: Cauades autem Tela A. C. 503 nequidquam tentata, ad Galabum fluuium, quem etiam Medum appellabant, dies viginti militem in castris continuit. Edesseni sub aduentum hostis VI. Septembris suburbana monasteria, hospitia, vineas hortosque solo aequant, Salam pagum, qui etiam Negbat, incendunt, moenia no-Otarto post die Cubades uis munimentis firmant. ad Areobindum misit, vt seu Marbazanem ad se reciperet in vrbem, feu ipfe ad colloquium exiret. Alterum visum est consultius. Igitur Areobindus ad aedem Sergii processit et cum Baue militiae praefecto de pace egit. Persae pro Edessenae vrbis libertate auri decies mille libras pondo postulabant : Areobindus septem se daturum ostendit. Ita e colloquio discession est incerta pace. Cauades tamen castris motis Carrhas duxit: Arabes Batnas seu Sarugum inuafere. Ad Carrhas Patriciolus dux eruptione facta magnam in exercitu Perfico ftragem edidit. inde cum Vitaliano filio se recepit Edessam, eaque ex vrbe, Persis ad obsidionem redeuntibus, Samosatam excessit. Iterum obsessa est XVII. Septembris, Ca-Ara habebant Persae ad aedem Cosmae et Damiani atque Sergii, a pago Bocheno vsque ad templum Confefforum et cliuum Zorenum. Ausi tamen sunt Edes-Hh 2 ſeni

seni adapertis portis et acie intra vrbem instructa Persis insultare, qui veluti desperata re ad Cubas pagum pedem retulerunt. Postridie eius diei Areobindus Basilium Comitem obsidem misit in castra, quatuordecim captiuos reddidit et duobus millibus auri pondo duodecim dierum inducias mercatus eft. Ergo Cubades Dahabana mouit et Hormisdam postridie ablegauit in vrbem, qui aurum exigeret, quod demum post aliquot dies se daturum pollicitus fuerat Areobindus. Hac rei indignitate Edesseni exacerbati obsidem repetunt, inducias renunciant regi. Tertium quidem vrbs obsidebatur, XXIV. Septembris, at Persae eruptione Edessenorum repulsi, incenfis Sergii, et Confessorum facellis, recesserunt: Areobindus ob nauatam strenuc operam trecentos denarios ciuibus diuisit. (10) Ab Edessa periculum Quibus in deditionem redactis, vertit in Batnas. Marzabanes ad Callinicum praemisses : ipse rex cum maiori exercitu sequebatur. Vbi autem Timostratus Callinici praefectus non modo copias Persicas profiigauit, sed Marzabanem ducem etiam viuum cepit, Cubades in hiberna duxit, Romani Amidam obsede-Dum ad hanc expeditionem exercitus conuerunt. niunt, Calliopius Alepinus praesectus castrensis A. C 504. Maio mense apud Edessam tritici modlos ad octingenta et quinquaginta millia exigit. Ab eo tempore Persarum res ruere, Romani Amidam summa

(10) Iolua Stylites, Chronicon Edessenum, Procopius, Theophernes Byzantius,



244

ma vi etarctissima obsidione vrgere. Edesseni iterum Romanis modios tritici ad sexcenta et triginta millia praebuerunt. Econtrario, cum Petrus episcopus Edessenus imperatorem adiit docuitque, quae Edessenorum, quae totius Osrhoenes in rem publicam studia fuissent, tributa omnibus vrbibus in folidum, Mabugenfibus tertia parte remissa sunt, episcopus pauperum necessitatibus subuenire iussus. Iam inclinauerat animum ad pacem Cubades, cum Celer militiae Romanae praesectus Basilium, quem cum ceteris obsidem dederant Edesseni, captiuosque recepit, pacisque conditiones ferendo autumnum exegit. Ducti Romani in hiberna Telam, Rhefainam et Edef-Amida recuperata, pacis negotium subleuari ſam. denique coepit. Interim Vrbicius eunuchus ciues Edessens munificentia subleuabat. Eulogius autem praefectus Edessenus propugnacula extra murum et castella restaurabat, ducentis auri libris ex aerario imperatoris ad hoc opus erogatis. Tum vero duos aquaeductus, alterum a Telzama pago, alterum a Modado exstruit, balnea collapsa et praetorium aedificat, vrbem mirifice reficit. Petro episcopo, qui moenium reparandorum curam in fe fusceperat, librae auri viginti ex aerario praebitae: decem libras ad restaurandam aedem S. Virginis Vrbicius adiecit. Et cum antea praesecti Edesseni sexies mille et octingentas olei mensuras templis et monasteriis praebuiffent, eam quidem impensam Eulogius minuit, econtrario autem instituit, vt parte ista sumtuum templis subtracta, lampades in porticibus vrbis, quae

Hh 3

n0-

noctibus lucerent, in perpetuum alerentur. Batnarum quoque moenia A. C. 505 restituit, ne vicinum municipium hostium infultibus pateret. Interim Hypatii in locum Pharasmanes exercitui Romano ad Edessam dux datus, eoque paullo post Amidam concedente, Romanus praefuit. In Romani exercitu Gothi militabant, qui Edessenos ciues maxima molestia adfecere: vix a duce in ordinem redacti sunt. Tandem Celer A. C. 506. Edeffam venit, vtin propinquo pacem cum Persis conficeret. Iterum milites, dum Celer quintum in mensem legatos suos e Persia praestolatur, incredibile dictu est, quantum sibi permiserint in omne genus hominum. Resadeo inuidiae fuit-Celeri, vt Edesseni libellis ad loca vrbis celebria adfixis eum diris modis proscinderent. Post quintum mensem Celer ab Edessa prosectus Daram, datis acceptisque obsidibus, pacis negotium confecit,

XX. Extrema senectute Cubades decessit, quinto Iustiniani Imp. anno, vt habet Agathias Myrinaeus, (1) filiumque Chosroen regni haeredem reliquit. Gregorius Malatiensis (2) quidem, Iustino imperante, (quem orientalium more Iustinianum vocat) cometam visum quadraginta dies et a Chosroe Roham seu Edessam fuisse oppugnatam scribit et magnam vim mortalium trucidatam: at ille res sub Iustiniano gestas in animo habuit, cuius deinde XIV. anno Antiochiam ceterasque vrbes captas retulit. Iustini enim impe-

(1) p. 139. od. Paris. (2) p. 149.



imperium satis pacatum et opportunum orientis tebus fuit. Edessa tamen suo cum malo conflictata sub verem A. 836. feu A. C. 525. cum aquarum eluuio et moenium vrbis et aedificiorum foeda strage multos mortales oppressit. (3) Etiam Euagrius (4) hac clade innumerabilem multitudinem periisse testatur. Theophanes Byzantius, Zonaras, Cedrenus ad hunc iplum annum et anonymus auctor Antiquitatum CPlitanarum (5) narrant, postquam in alueo suo subsedit fluuius, inuentam effe tabulam lapideam fic infcriptam: ΣΚΙΡΤΟΣ ΠΟΤΑΜΟΣ ΣΚΙΡΤΗΣΕΙ ΚΑΚΑ **<b><b>EXIPTHMATA HOAITAIE**. Eugrius fcribit et ex co Nicephorus Callisti vrbem a Iustino Imp. refectam ab his ruinis nomen accepisse Iustinopolin. Cui eminentissimus Norisius fidem sic adhibet, vt arbitretur, hoc(6, post Iustini mortem cognomen fuisse abrogatum, quoniam in quinta synodo Amazonius Edefsae, non Instinopoleos metropolita subscripfit. Mihi totum hoc de Euagrii Iustinopoli non placet. Nam Iustinus duos tantummodo annos post illam Edessae cladem supersuit, vt parum de reparanda ea cogitasse videatur. At Procopius de aedificiis Iustiniani libro secundo (6) et eluvionem hanc et aedificationes Imperatoris describit. Quem locum cum tractandum suscipio, video me de flumine Scirto multa commode explicare posse, quae superioribus in libris reliqui. Scirtus inquitille, παβαβά, το έξομα βεαχύς. Primum illud

(3) Chronicon Edeffenum p. ] 412. (4) L. IV. c. 8. (5) p. 63. ed. Band. (6) in epochis p. 107. (7) p. 40. ed, Paris. illud mazazei, fluuium non mediam per vrbem ferri demonstrat, vt Procopium dicere putauit auctor antiquitatum CPlitanarum, vt multi alii, sed praeter Hoc etiam e Chronico Edeffeno intelligere vrbem. mihi fum visus, in quo Daizan dicitur se ante vrbem per planitiem effudisse et ferreis cataractis coercitum, ne irrumperet in vrbem, moenia ipfa disiecisse. Quid autem to Étopa Braxus; nempe ex internallo non fatis magno a Tauro monte Scirtum fluere oftendit, quamquam non negat, multos eum accipere riuos, donec in Euphratem sese exoneret. Riuos vero, vt supra ostendi, numero ad quinque et viginti. Proxima deinde Procopii verba sunt : evSevde re ezion έπίπροθεν ίεται, έπειδάν αυτάρκη παρέχηται τη πόλει τήν χράαν των τε Ασόδων αυτέ η έκβολων δι όχεταγωγίας κατά το τῶχος πεποιημένων τοῖς πάλαι ἀνθεώποις. Claudius Maltretus non fenfit corruptelam huius loci, quare in eius interpretatione item vt in his Graecis omnia sunt confusa. Plane emendandum videtur ev gevoe dezids emime ogevieray, et binc, cum proxime ad mediam vrbem in accliuitate fitam appropinquanit, ad dexteram se vertens cursum peragit, postquam vsum qui satis sit, vrbi praestitit: nam prisci ciues per aquae ductum sub moenibus aquam fluminis et accepere in vrhem et ex vrhe deriuarunt. Scilicet fluuius a Tauro monte petebat austrum, ad vrbem autem dexteram seu occidentem versus ferebatur, donec in Euphratem incideret, τα μέν έν δεζια το ποταμε ύωτιά τε η χθαμαλά ήν, το δέ δή έν άριseea öcos a woropov, dextera fluminis ripa erat depres-

248

pressa planitie in sinistra erat mons praeruptus, vt ait Procopius. Itaque porro inquit, to opos per n' s' ร้อบรัญชุยี่ง ฉบร.ผี ร้องเหวโหนง พย ที่ไร่หระรอบอน รทีร χυναθισμένης όδε, αλλ' έσσι την πόλιν αυτην διοg-שוֹעביטע מעמיאת דא המסח, ז אמף אי דו מטדטע לעדו δεξιά ξυμωσοδιζον, ήνικα άν της πόλεως ευθύ Φέ~ porto, mons non patiebatur fluuium extedere solita via, sed necessario versus vrbem dirigebat, neque enim a dextera erat quidquam impedimento, - quin recta vrbem peteret. Sinistra regio ad austrum praerupto colle cincta, a Tauro vsque vergebat ad Euphratem, vt isthic excedere ripa non posset fluuius. Dexteraregioad boream fiuminis ampla erat planities in colle definens: hic Procopii mons eft. Scirtus stringebat australes montes: Edessa fatis longo spatio a Scirto partem in Tabara, seu collibus borealibus, partem vero maiorem in subjecta conualle sita erat. Murus item duplex, alter per planitiem circa inferiorem vrbem ductus, alter in monte circa superiorem. Prisci enim homines proxime ad fluuium vrbem condidere, deinde experientia edocti longius se receperunt, vt sub colle essent siti. Vt autem fluminis aqua fruerentur, aquaeductus a borapeliote per planitiem receptus sub moenibus in vrbem et ferreis cataractis prope moenia munitus est. Post a parte occidua moenia eadem arte contra vimaquarum firmata, denuo alius per planitiem in vrbem ductus. In hunc alterum aquaeductum videtur fons sub palatio regio in superiori vrbe erumpens sese exonerasse. Hi sunt duo aquaeductus a Iosua Stylite commemora-

Ιi

ti,

\$50 . .

ti, quorum ad alterum pagus Telzama, ad alterum pagus Modad siti fuerunt. Eos deinde Iustinianus coniunxit. Cum ita Scirtus esset a natura factus. Procopius refert, aliquando imbribus intumuisse atque vrbem inualisse et moenibus tum exterioribus sen maioribus, tum interioribus perruptis, totamque per vrbem púlcerrimorum aedificiorum strage edita, tertiam cinium partem extinxisse: iacuisse etiam in ruinis ecclesiam Christianorum & ror nalsheror Arricopoy. Vtrumque Iustinianus, vt in aedificando erat magnificus, reftituit. Ifthuc ergo templum Iuftiniani opus suisse censeo, quod ab Arabibus quibusdam inter quatuor mundi miracula referebatur. (6) Erant فنطرة Pbarus Alexandriae مناربة الإسكندان يلا autem كنبسة ره pons Sangiae, fluuii in Mesopotamia, سنجة eccle fia Edeffena et مجسد دمينت templum Mabometanum Damasci a Valide filio Abdelmeleci nepote Meruani A. H. 87. extructum. Quoniam autem moenia, cum exteriora tum interiora, a vetustate male adfecta erant, vtraque Imperator iterum condidit a fundamentis multo firmiora. Pars quaedam moeniorum castellum habebat, a quo extra murum collis furgebat in altum, quem, ne hostibus opportunus esset, Edesseni intra vrbem receperant, muro dedu-Sed διατήχισμα ώς βεαχύτατον έσει τω αao. νατετεμένω της γής κέμενον vel a pueris expugnari poterat. Maltretus : murus ille erat bumillimus et 12-

(6) Iacobi Gohi notae in Alfraganus p. 103. Chronicon orientale Abrahami Ecchellensis p. 51.

exporrecto in loco situs. Non hoc dixit Procopius, fed, murus erat pro capacitate patentisimi collis minori Idcirco Imperator eum diruit et er Tn őambitu. ess boregeon in fummo monte seu colle (Tabaram seu Saharitarum regionem dicit) castellum excitauit. Iam inquit Procopius, metus non erat, ne a superiori regione hoftis vrbem inuaderet. Hoc autem munimentum a castello vsque συγκαταβάνον τη ύσωράα μέχρι ές το πρανές έκατέ βωθεν, κ τω περιβόλω ένappozópevov per decliuitatem montis ab otraque parte descendebat vsque ad planitiem et moenibus vrbis iungebatur in planitie ductis. Ex his intelligo, vrbem inferiorem suis moenibus suisse firmatam, quae Edesseni vocant maiora, partem collis et superiorem vrbem, in qua erat palatium Abgari et fons in palatio, aliis moenibus, quae minora appellant, cinctam coniunctamque maioribus moenibus et inferiori vrbi Haec moenia minora difiecit Iustinianus aliafuiffe. que ampliora a summo colle duxit. Ne autem fluuius fimili clade vrbem adficeret posteris in annis, mopaay πρό τη περιβόλη τω ποταμώ νεωχμών ίχυσε, aliud fluminis iter extra moenia duxit. Nam monte ad fini-Aram, (aut ad dexteram potius, montem puto Tabaram) qui fluuium coercebat, exciso, fossamamplam et depressiorem alueo struxit et ad dexteram ingentem molem lapideam fluuio obiecit, ita vt oppidanos fluminis opportunitate non priuaret, quoad intra mediocritatem maneret, fin elatus restagnaret, vt per eam foffam deriuaretur et Hippodromi vicini tergum circumiret. Etiam per mediam vrbem recto

Ii2

itine-

itinere fluuium duxit, crepidine, ne excederet, cohi-Dixi supra, duos aquaeductus in vrbem suisse bitum. receptos, alterum ab oriente, ab occidente alterum. Hoc perpetuo alueo per mediam vrbem continuauit Iustinianus. Eodem fere tempore Batnas castellum muro recenti cinxit et Callinici Carrharumque moenia vetustate hiantia a fundamentis disiecit nouaque construxit. Carrharum et Scirti fluminis mentione recordor, quod Villermus Tyrius tradidit, fines Edessenos Carrhenosque flumine fuisse diremptos. Non alium puto fluuium, quam hunc Dignus est locus, quem hic ponam ipfum Scirtum. integrum : (7) Inter Edessam et Carrbas, quae vix quatuor decim distant milliaribus, fluuius quidam discurrit medius, qui sua irrigatione canalibus derivatus, circumadiacentem planitiem vberem reddebat et frugibus\_ foecundam, a priscis autem temporibus solum pracdictum banc babebat limitationem, vt quod citra fluuium erat, Edesjenis fine molestia cederet, quod vero trans fluuium, Carrbenses proprium possiderent.

XXI. Haec gesta sunt ante A. C. 529. Nam ex Marcellino Comite (8) constat, eo anno Persas rebellasse, et Osrhoenae atque Mesopotamiae incubuisse paene quinque annos. Demosthenes dux suit Romani exercitus contra Persas, quod e Chronico Edesseno intelligo. Edessam venit anno Edesseno 842. men-

(7) p. 792. (8) p. 51.



mense Iulio, seu A. C. 531. Et Hunni quidem tum Romanas prouincias excursionibus vexabant, víque ad Aleppum progressi. His Demonsthenes obuiam processit, at XVIII. Decembris clade accepta Telam fe recepit et A. C. 532. X. Ianuarii ex moerore vitam finiuit. Neque Demosthenem neque Hunnorum aliquam impressionem Procopius in Persico bel-Maxime enim in Belifarii laulo commemorauit. dibus defixos oculos tenuit, vtpote qui eius a confiliis fuerat. Cubades post paullo defunctus, paci ineundae occasionem praebuit, Extor non etos the βασιλήαν Ιυςινιανώ έχοντος, vt ait Procopius, seu A. C. 533. quo anno Marcellinus quoque pacis negotium collocauit. Recte igitur antea dixerat Marcellinus : bacc expeditio paene per quiennium tenuit. Chronicon Edessenum, mense Septembri anno suo 844 (eft quidem 843 editum, at 844 scribi debere ex ipfa ferie adparet) pacem inter Persas et Romanos coaluisse, Rufino conciliante, hocest, A.C. 533. Addit vero Chronicon Edessenum, pacem illam ad A. 851. feruatam fuisse, qui annus in A. C. 539. exorditur. Anno illo 851. quinto Octobris caelum arsit, teste Chronici Edesseni auctore, et eodem anno, cum paullo ante monstrum natum Edessae (9) Procopio teste, Maio mense autem, qui iam in A. C. 540. incidit, Chofroes Romanam ditionem inualit, Suram, Aleppum, Antiochiam expugnauit, Apamea quoque potitus est. Inde signis infestis Edessam petiit: diui-

(9) de B. G. p. 606.



254

diuina autem prouidentia accidit, ut nulla eam clade adficeret : sed miserunt ei optimates vrbis et accepit duo centenaria auri et discessit in regionem suam. Eodem anno Sic inquam Chronicon Edeffenum. 540. Marellinus Comes Persarum impressionem pro-Procopius, vt supra primo libro declaraui, didit. Iustiniani XIII. anno exacto, primo vere. Primum autem Chofroes Zenobiam vrbem vi tentauit, inde Suram deditione cepit: vtraque vrbs ad Euphratem sita suit. Antiochia quoque vi capta, Chosroes legatos Romanos admisit et auro accepto tributoque imperato diuertit Seleuciam. Apamcam depraedatus, traiecto Euphrate, Edessam duxit (10) summa eius vrbis potiundae cupiditate, quod inexpugnabilem vrbem diuino beneficio et munere esse, Christiani ferebant, ouibus mirifice erat infensus. Vt Batnas peruenit, πόλωμα βεαχύ η λόγε εδενός άξιον, vnius iter diei ab Edessa, vt ait Procopius, noctem isthic egit et summo mane cum omnibus copiis petiit Edessam. Auctores sunt, qui tradant, Chofrhoen, cum in conspectu haberet vrbem, rheumate os occupante, male habuisse, idemque malum alio tempore quoque ab inuadenda vrbe regem, animo religione tacto, retraxisse. (1) Itaque Paulum quendam in vrbem mi<sup>-</sup> et pecuniam imperauit. Edefseni ostendebant, se vrbi quidem non metuere, ne tamen ager vastaretur, duo se auri centenaria dare. Con-

(10) Procopius de B. P. p. 116. feq. (1) Procopius p. 119.



Conditionem rex accepit. Sunt, qui Chofroen patriae superstitionis omine ab obsidione absterritum ferant. (2) Nam cum propius Edessam venit, dextera monstrasse oppidum atque couersum ad Magos eane se vrbe potiturum existiment. dixiffe: Negaffe Magos capi posse, ea ductos coniectura, quod dextera monstrauerat: salutis hoc signum esse, non alicuius finistri ominis. Interea Chofroes Antiochenos Quo cognito Edesseni venales exposuit in castris. adeo cupide pro eorum libertate in templo stipem contulere, vt nemo eius liberalitatis expers effet, multi etiam modum fortunae suae munificentia excederent. Meretriculae'quoque omnem mundum et agricolae fiue afinum fine ouiculam, spem gregis, incredibile quanto studio adduxerunt. Ita breui magnae opes in vnum funt congestae. Verum Buzes, incertum quo confilio, Edeffenorum liberalitatem impediuit. Ergo Chrofroes Autiochenos secum in captinitatem abripuit. Carrheni Perfis obniam procefferunt cum muneribus, quae rex ciuitati remisit, ύτι δή όι πλαξοι & χριζιανόι, άλλα δόξης της παλαιας τυγχάνεσιν όντες, quod plerique non Ciristiani, sed priscae opinionis retinentes essent. A Constantinienfibus vero, tametsi oppidum optimo iure suum esse dicebat, muneribus tamen placari se passus est. Hanc vrbem Cabades regis pater, cum ab expugnata Amida rediret, deprecante Barodato episcopo, non tantum nulla in re laeserat, sed etiam commeatu donauerat.

(2) apud Procopium p. 120.

Digitized by Google

256

Belisarius ex Italia reuocatus, cum maximis uerat. copiis Mesopotamiam petiit, et non ita insignibus rebus exacto fere anno, languescere visus est, donec Chofroes Callinicum occupauit. CumRomani moenia repararent, Chofrhoes per hiantes ruinas irrupit, Ciues Tane opulenti, audito Persas appropinquare, res suas in munita oppida auexerant. Igitur nullafere nisi liberorum corporum praeda suit. Inopes et agrestis multitudo, quae eo sereceperat, in seruitutem abre-Ea fama Belifarius copias Euphratem traduxit pti. et de pace legatos misit ad regem. Edessae Belisarius erat, cum de pace conuenisse cognouit. Eo obsidem regi misit Ioannem Basilii Comitis filium inuitum, γένα τε η πλέτω πάντων των Εδεσηνών δια-Davézator, longe ante alios Edeffenos et genere et opibus clarisfimum. (3) Eo accepto obside, Persae in hiberna Cur obsidio datus sit, Procopius non concefferunt. adiecit, cum hic, tum saepe alias, nimia breuitate obscurus, in qua, veluti Thucydidi aemularetur, sibi Theophanes Byzantius (4) vero fic ait: placuit. ό δε Βελλισάριος Ιωάννην τον Εδεσηνόν, άνδρα δια-Φανέςατον όμηρον τω Χοσχόη απές κλεν, πρόσ το άκινδύνως παρελθην άυτον την των Ρωμάιων χώραν, Belisarius Ioannem Edessenum virum illustrem obsidem misit Chosroi, de tuto per Romanas prouincias receptu Persarum. Ioannes hic in Persia moerore confectus Nam Chofroes pacis conditiones a Romadecessit. nis violari caussatus, quarum caussa obses datus fuerat

(3) Procopius p. 149. 141. (4) p. 187.

Digitized by Google

rat Ioannes, arctiori eum custodia inclusum in Persiam abduxit. Quare auia Ioannis, crat enim calamitați nepotis superstes, bis mille libras argenti Daram misit, qua summa Ioaanes veluti bello captus redimeretur. At Iustinianus imperator pacifci cum Persis de obside vetuit. Postquam in vinculis periit, praesectus Darensis epistolam, quasi a Ioanne scriptam, supponit, in qua haeredem secerit facultatum suarum Iustinianum. Quae res Imperatori magno dedecori fuit. (5)

XXII. Autumno eodem, vt ex Theophane Byzantio atque exipio Procopio tenemus, pestilens morbus Mesopotamiam inuasit, primo autem vere summis viribus bellum reparatum est a Persis. Nam Chofroes, ob frustra tentatam Edessam, tum pudore suffusus, tum percitus iracundia, Edessenos ciues vrbe arque agro extorres in Persiam abripere cupiebat, ue vestigia quidem moenium, sed vastitatem et solum pascendo pecori se relicturum minatus. Vbi Ofrhoenum in agrum omnibus cum copiis peruenit, Hunnorum manum in ouium greges, quae sub ea parte moeniorum, cui circus imminebat, vt tuto loco, pascebant, immisit. Hunni gregem auertere, pastores tamen fortiter repulere hostem, donec illinc Perfarum turba subsidio venit, hinc ex vrbe Rømanus miles Edessenis paucis permistus erupit. Vnus ex Hunnis fingulari virtute et robore corporis, om-Kk nium

Digitized by Google

(5) Procopius in historia arcana p. 37.

nium in se oculos maxime convertit : is postquam pugnans cecidit, ceteri se ex acie subduxerunt, Perfae septimo ab vrbe stadio posuere castra. Ita pugna a summo mane ad medium diem extracta, neuttius certa victoria dirempta fuit. Postridie Paulum legatum in vrbem misst, quo optimates ad colloquium de pace euocaret. Missi sunt quatuor praecipua alletoritate viri, quibus ante castra Zagerbanes occurrit, multa cum interminatione quaerens, pacem mallent an bellum ? Pacem praeserentibus oftendit, auro opus effe ad emendam. Quantum superiori anno datum fuerat, pollicebantur: at ille subridens false, redire in vrbem iusit, etiam atque etiam admonitos, vt fibi fuisque rebus confulerent. Post paulto tamen rex ipfe legatos ad fe vocatos de maximis victoriis suis praesatus perterresacit, extrema omnia denuncians, ni quidquid auri et argenti intra moenia esset, ad se efferrent: hac vna conditione se abducturum copias. Illi, si aequa postulentur, prolixe omnia recipiunt, fin atrocius imperesur, paratos se esse belli aleam subire, incerto vtique eventu, attamen non sibi solum, verum etiam Ad haec verba Chofroes excanduit legakostibus. tosque iuflit e conspectu atque castris recedere. Octauo die, postquam ad obsidendam vrbem rex venit, aggerem extra teli iactum ducere versus vrbem coepit. Primum ingentem arborum multitudinem circumiectis in locis excifam cum ipfis frondibus quadrata strue congessit : et multa super arboribus humo, super humo lapidum mole excitata, totum opus

opus inter se trabibus deuinciuit. Erant in praesidio Edesseno Petrus, Martinus et Peranius Iber, duces Romani. Petrus initio Hunnorum manum quam ductabat, in Persas immittit, primo impetu opus molientes pellit, multos caedit. Praetorianus quidam nomine Argaeus manu sua septem et viginti Persas neci dedit. Ex eo tempore Persae, custodiis diligentius collocatis, neminem erumpere ex vrbe passi sunt. Vbi agger paullatim ad moenia accessit, Romani de moenibus operas fundis et arcubus disturbabant. At barbari pannos e pilis hircinis Cilicios de perticis suspendebant, vt sub hoc tecto sine discrimine versarentur: neque enim tela penetrabant. Ergo Romani extrema metuentes legationem mittunt ad regem et in ea Stephanum infignem illa aetate medicum, qui Cubadem Chosrois patrem difficili morbo leuauerat, ingentibus ob id meritum mune-Is fertur regem monuisse: nihil vmribus donatus. quam gratiofius in regibus fuisse clementia, proinde videret, vt post tot praelia commissa, tanta clade adfli-Etos tot populos, excifas aut in servitutem abreptas ciuitates, fortitudinis gloria vndique parata, in conseruanda Edessa clementiam exhiberet: ita se petere nunc et obtestari supplicem : at, cum regem quondam educauerit puerum, cum patri auctor fuerit, vt eum potissimum ex omni filiorum numero successorem sibi destinaret, fructum fidei et officiorum, patriae libertatem prope suo iure repetere posse. Nihilo tamen mitior Chofroes, ante omnia Petrum et Peranium duces fibi dedi postulat, aut, si id Romanos facere pigeat, harum

Kk 2

rum conditionum eligerent alteram, seuquinquagies mille auri pondo fibi dependerent, seu ex amicis regiis quosdam in vrbem acciperent, qui perquifitis aedibus, auri argentique quod in vrbe effet, ad fe de-Hoc immite responsum cum legati pleni ferrent. moerore et solicitudine ciuibus renunciassent, incredibile dictu quam triftis facies ciuitatis fuerit, tam-Iterum isdem legati in castra profequam captae. Eti, cum contumelia excluduntur. Vbi vident Romani istam molem supra moenium altitudinem exurgere et muri, qui aggeri oppositus erat, aedificationem altiorem vanam fore, Martino rem omnem permittunt, vt suo arbitratu pacem componeret. Profectus in castra, nequidququam summa cura profecit. Interea Romani ab vrbe cuniculum duxerunt, donec sub medio aggere strepitum sensere Persae et a superiori loco hinc inde latera aggeris perfoderunt, vt operarios interciperent. Hoc cognito Romani defistunt a ducendo latius cuniculo et sub aggere, qui proximis moenibus imminebat, ingens spatium aridis arboribus, oleo cedrino, sulphure et bitumine perfusis complent. Et Martinus in castris negotium trahebat ad opportunitatem, duces quoque Perfarum fpem pacis oftentabant, donec agger oppido quam proxime admotus fuit. Tum vero Martinus, pacis mentione omiffa, in vrbem redire iubetur et armis decernere. Sub aduentum ducis, Romani totum cuniculum flammis incendunt, lignum et picem supra ingerunt, donec populante viscera molis igne, sub nocte sumus in aggere apparuit. Is ne for-

Digitized by Google

260

fortePerfas ad opem ferendam aduerteret, Romani vafa prunis plena et fagittas fluppeas incenfas, omnes in partes aggeris coniiciunt, excubitores ad hos ignes exflinguendos difcurrentes diu fallunt, tum Perfas fubfidio miffos telis proturbant. Sub folis ortum rex ipfe, quod erat, fufpicatus, vniuerfum exercitum ad incendium fub terra reftinguendum hortatur. Laetum fpectaculum Edeffenis fuit, cum barbari alii terram iniicerent, alii aquam affunderent. Et terra quidem vno loco aggefta, alio fumus perrupit: aqua autem inter hiantem aggerem admiffa et fulphuri picique permifta faeuiendi graffandique materia fuit. Sub velperam tanta flamma erupit, vt Carrhis et vltra confpiceretur. (6)

XXIII. Sexto die post, ante solis ortum Persae fummo filentio cum scalis illam muri partem adorti, quae  $\Phi_{CSCOV}$  Castellum cognominabatur, euadunt clam excubitoribus in summum. Vnus tum sorte vigilabat agricola, qui ceteros in moenibus excitauit. Clamore illo et strepitu opem serentium consternati Persae, scalis relictis, in castra trepidi sugiunt, scalas recipiunt in vrbem Romani. Sub meridiem Chosroes Portam magnam inuasit. At Romanicum ciuibus et agresti multitudine effusi, Persas repulerunt. Ipsa in sub serentia se

Digitized by Google

<sup>(5)</sup> Huius Chossichois res gestas Chondemirus (um alterius Choschois rebus consudit. Petrus Teixeira p. 181. Kesere Anuzeiron seu Nauxiruan, qui est hic ipse Chossons, occupo Dara Mediney, Raba (est Roba seu Edessa) Kanserin (Caesarea) y tomo a Halep, Antiochia, y otras.

victores mittit cum mandatis, aduenisse Byzantio oratorem de pace Rhecinarium, igitur a persequendo desisterent. Et ille dudum venerat in castra, sed Persae spe maioris rei, Edessenos celauerant. Rhecinarius yrbem ingressus pacis negotium vrget; Martinus tenebat, vt in tertium diem differretur. Hic vero Chosroes verba sibi dari metuens maturandum Ergo congestis lateribus aggerem munit et duxit. postridie copias omnes admouet, ducibus ante portas cum valida manu dispositis, murum corona cinctum oppugnat, adeo spei plenus, vt Saracenos cum aliquot Persarum turmis pro castris haberet instructos, qui Edessenos ex oppido salutem suga quaefituros indagine comprehenderent. Inita sub ortum folis pugna, Persae superiores erant multitudine, Edessenis ipsis nondum ad arma concurrentibus. Vbi autem tota ciuitas cum ipsis etiam foeminis puerisque ad defendenda moenia accurrit, mutata rerum facies est. Nam juuentus yrbana militibus permista hostem fortiter propulsauit et agrestes quoque mira ediderunt facinora, imbellis autem multitudo, foeminae, pueri, fenes, materiam lapides aliaque tela pugnantibus ministrarunt, nonnulli seruenti oleo hostem perfuderunt, alii alio malo mulctarunt subeuntes. Desistere igitur Persae a mænibus et victoriam concedere oppidanis, at Chofroes rurfum tam minis, quam precibus et ductu suo confirmare fuos. Animum recipiunt Persae, murum inuadunt, turres et omne genus machinarum admouent, donec telor

rum nimbum perferre amplius non poffent. Difcedentes conuitio sequi Edesseni et vltro prouocare. Vnus ad portas τάς Σοίνας et Tripyrgiam (8 δή, inquit, Teroupylar i. e. tres turres nation tor x wpor) adhuc pugnabat Azarethes : ceperat enim exteriorem murum in ruinis subsidentem et exinteriorimuro, qui erat superior, pugnantes validissime vrge-Contra eum Peranius cum copiis Romanis et bat. Edeffenis erupit. Praelio acri superatus Azarethes, cum subsidia nulla e castris mitterentur, sugam cepit. Eo opinor tempore accidit, quod Procopius alio loco commemorauit, (8) vt elephas Persas propugnatores admouerit, qui helepoli, id machinae genus est, partem moeniorum disturbarent, Edesseni autem porco e turri fuspenso belluam grunnitus impatientem in fugam coniecerint. Nox sequebatur ambiguo metu, Persis eruptionem exspectantibus, Romanis postero die oppugnationem. Tamen et nox et dies otio transacta. Tertio die pars exercitus Persici ad Barlai portam successit, qua profiigata, Paulus interpres Martinum ad paciscendum in castra inuitauit. Pax acquissimis conditionibus facta, vt Edesseni quingintas auri libras penderent, Chosrhoes litteras traderet, quibus se in posterum nullo damno Romanas prouincias adfecturum recipiebat. Itaque Persae vallis et munimentis castrorum incensis, Osrhoenes finibus excesserunt. Ita Procopius. Åt

(8) de B. G. p. 605.

At Euagrius Scholasticus, (9) quamquam auctorem laudauerat Procopium, tamen praeterea etiam narrat, Edessenos, cum aduersus agde imagine Christi. gerem Perfarum cuniculos sub terra duxissent incenfusque ignis viam erumpendi haberet nullam, opere ad exitum inani, perterritos inopesque confilii imaginem eam in cuniculos deportatam aqua adsperfisse eamque aquam in materiam subiectam effudisse ita flammam emicuisse. Constantinus Porphyrogenneta hic multus est Helionem tum Romani exercitus ducem fuisse neque potuisse tamen obsessae vrbisubuenire: igitur Persas egesta scrobe per cuniculos petiisse vrbem, perrupturos nisi faber ferrarius adesse hostes senfisset. Nam vbi Fersac sub terra foderent, eius in domo vasa aenea motu illo concussa sonitum edidisse. Nocte illa visam mulierem, specie, quidquaeris? graui atque modesta, habitu corporis insigni, monere Eulalium episcopum de imagine a y ego worh tw Eulalio quam imaginem diceret requirente, rem locumque Summo mane episcopum supra portam indicaffe. et imaginem reperisse et lucernam ardentem et in testa iterum aliam imaginem impressam, quae testa Constantini Porphyrogennetae temporibus Edessae erat, cum imago ista esset deportata CPlin. Inde iam episcopum cum imagine fabri istius in domum sese contulisse, ciues autem ab vrbe contra suffodientes

Digitized by Google

264

<sup>(9)</sup> H. E. L. IV. Cap. 27. Nicephorus Callifi H. E. L. XVII. Cap. 16. tamquam e Procopio narrat.

res ex ista lucerna adpersis aliquot guttis incendium concitasse, quo Persae conflagrarint. Rursum vbi Persae moenia inuaderent, incensis sub aggere cuniculis, Eulalium imagine monstrata, fumum omnem atque flammam vertisse in hostes. Ne quis Conftantinum crederet fumum vendere, testes adhibet Jobum Patriarcham Alexandrinum, Christophorum Antiochenum et Basilium Hierosolymitanum, qui ad Theophilum Imp. ista trecentis annis post detulerint. Neque distimulat Euagrii auctoritatem, quamquam. is aliter, vt supra relatum est, narrat. Procopius tamen, qui tum rebus interfuit, totum hoc ignorauit, quod Euagrius prodidit. Et ne Euagrius quidem, eius aequalis, de imagine aliter, quam nota iam, neque tum primum inuenta. Helionis autem ducis memoria nusquam alibi exstat : neque huius Eulalii Episcopi, quando ex Chronico Edesseno his temporibus proximo apparet, Andream ab A. Edeffeno. 838. ad A. 844. VI. Dec. inde iamAdaeum ad A. Edessenum 852. episcopos suisse.

XXIV. Ad exitum vsque Iustiniani fic fatis pacatae res orientis fuere. Hic Imperator grauisfimas leges tulit πεει αθεμιτωγαμιών, de incestis et nefariis nuptiis, aut vt Harmenopulus explicuit, πεει αμομιατών (10) Post vbi cognouit, in Mesopotamia et Osdroene tales nuptias celebrari, credere se quidem dissimulauit delatoribus, vt maiestati suae et legibus iam latis parceret, si quid tamen eius rei stit, Ll pro-

(10) Nouelle XIL

propter multas hostium irruptiones, hanc illis gratiam fecit, vt neque inquireretur, neque puniretur, scelus; si quis autem in posterum idem commiserit, nulli effe parcendum, quin ex lege agatur, cuiuscumque conditionis sit, nulla ne sacerdotii quidem venia, vt scias, etiam pontifices et presbyteros Edesfenos tanta culpa non vacasse. (1) Non multo post Iustinus Imperator sub ipsis auspiciis, cum intelligeret, illa ipfa in Mesoporamia et Ofrhoene illegitima matrimonia ex Persarum et Saracenorum consuetudine frequentari, rectores autem prouinciarum ex eo crimine veluti quaestum instituisse et multos etiam innocentes vexari, iterum praeteritorum venia data, in futurum tantae turpitudini poenam statuit. (2) Septimum annum imperabat Iustinus, cum A. C. 573. Chofroes rebellauit, vt auctor est Theophanes Byzantius, (3) aut cum Iustinus potius pacem frangeret, vt Theophylactus. Ad Sargathum praelio commisso victi sunt Persae, anno, qui extremus fuit Chosrois. Itaque huc trahi debet, quod Agathias Scholasticus de illius exitu scribit. (4) Cum Chofroes, inquit, circa Carduchios montes in vico Thomanorum ageret, Mauricius Pauli filius voc Trβερίε Κονςαντίνε τε Ρωμαίων βασιλέως, άεχαν των κατα την εω ταγμάτων προσεταγμένος, qui a Tiberio Constantino Romanorum rege legionibus orientalibus praesectus fuerat, in regiones circa Araxem impresfio-

(1) Nouella CLIV. (2) Iufini Imp. Nouella III. (3) p. 206. 208.(4) p. 140.



. <u>[</u>[]

sione facta et Zirma traiecto, omnem agrum igne vastauit. Potuit ignem late omnia populantem e caftris confpiçere Chofroes, qui, cum non auderet cum hoste congredi, Seleuciam se proripuit et ex moerore contracto morbo decessit. Sic Agathias. Tantum in eo errat, quod imperatorem vocat Tiberium. puto dicere voluisse Caesarem. Nam Tiberius a Iustino Caesar renunciatus est, A. C. 574. inchoata indictione octaua, VII. die Septembris. Chofroes autem non multis menfibus a morte Iustini superstes fuit. Bella, quae Romani contra Persas, extremis Iustini annis, et Tiberio imperatore, tum sub auspiciis Mauricii gesserunt, ex Theophane Byzantio, (5) Cedreno, Zonara et in primis ex Theophylacto Simocatta cognosci possunt. Nam Iustinus, pacem quae erat in quinquaginta annos composita, vt paullo ante diximus, rupit, septimo anno seu A. C. 573. Missus est Marcianus patritius; orientis dux, qui aestate vergente Euphratem traiecit et ex Ofrhoene barbaros nihil tale metuentes inuasit. (6) Post laeta belli principia, Chofroes rextantam cladem Romanis prouinciis intulit, vt Iustinus Marciano imperium abrogaret et inducias peteret. Iustinianus Germani filius hanc ignominiam vlciscens, tam cruento praelio Perfas vicit, vt Chofroes lege lata fuccefforibus pacem cum Romanis seruandam mandarit. At in Armenia Iustinianus haud ita multo post vicus a du-Mauricius praetorianorum praefectus ce Perfarum. LI 2 a Ti-

(5) p. 212, seq. (6) Theophanes p. 245.

268

a Tiberio Caesare, vt diserte Theophylactus, praetor in Armeniam missis, rem restituit et vsque in Persiam penetrauit, omni Arzanena et ad Tigridem Tum vero decessit Iustinus A. C. regione vastata. 578. V. Octobris, Chofroes autem primo vere igitur A. C. 579. defunctus est. (7) Mauricius ad Callinicum victor Hormisdae regis spiritus fregit. Iterum ad Constantinam rebus bene gestis, ad imperium capessendum Byzantium rediit, cetera bella per duces gessit. Et initio Philippicus, qui Gordiam Mauricii Augusti sororem in matrimonio habuit, dux orientis illum se exhibuit, vt cum Scipione Africano compararetur. Vt femel aduersam fortunam fensit, ex aegritudine animi contracto morbo, Byzantium Interim laetae orientis res Heraclio Heraclii rediit. qui postea imperauit, patre Persas sustinente, donec Priscus dux orientis ab vrbe venit. Is ad Monocarta, exercitum Instrauit: eodem vocauit Germanum την των Εδεσηνών αρχήν πετσιςευμένον, ducem Edesfenum, cum episcopo, vt opinor, Edesseno, neque enim explicate posuit Theophanes. Hic vero Priscus cum per summum fastum et inclementes Imperatoris litteras exercitum perculisset, seditione in castris mota, acerbissime agitatus vulneratusque vix euasit Constantiam. Milites, orientis ducem Germanum effe iufferunt. Is quantum potuit, orando minandoque exercitum pacauit. Et quamquam cum Imperatore in gratiam rediit exercitus, tamen Philippico, quem orientis ducem ab eo acceperant, audientes dicto non fuere. Quare successor ei datus Con

Comentiolus. Laetae iterum res in Mesopotamia Romanorum victoriis et intestinis seditionibus Persa-Hormifdas rex a Chofroe filio in carcere nerum. catus. Chofroes ob parricidium illud, Perfarum coniuratione pulsus ad Romanos transfugit. Quo per Romanos in regnum reducto, pacata omnia et quieta in oriente fuerunt. A. C. 603. Mauricius Imperator a Phoca de medio sublatus est. Chosroes rex, qui a Mauricio et adoptatus fuerat et regno restitutus, vltionem optimi Imperatorisa Phoca repetens, tamquam pro Theodofio Mauricii filio, qui ad Persas euafisse dicebatur, arma cepit. Narses quoque Romani dux exercitus, hoc rumore, vt arbitor, Edessam occupatam, aduersus Phocam retinebat et Chosrois opes, circumspiciens, obsequium detrectabat. Et statim quidem Germano duci litterae redditae ab vrbe, vt Edessam obsideret et Phocas ipse A. C. 604. magnum exercitum in Afiam transmisit : partem contra Persas, qui Germanum perculerant, partem aliam sub Leontio eunucho, ad obsidendam Edessam. Chofroes cum exercitu ad Daram erat : Narfes vero sub aduentum Leontii Edessa profugit Hierapolin. Leontio victo, Domentiolus ducatum f uscepit. Huic Narses salutem pollicenti in fidem se tradidit : Phocas tamen fidem ducis fallens, CPli in rogo posuitviuum. Ea res sata Romana praecipi-Narseten enim adeo formidauerant Persae, tauit. vt eius nomine etiam infantes suos compescerent. Ergo quarto Phocae anno A. C. 606 Dara capta, per totam Mesopotamiam praedas egerunt et anno poft.

La

Digitized by Google

post Syriam quoque et Palaestinam Phoeniciamque peruagati, in Armeniam flectentes, Galatia Paphlagoniaque occupata, vsque ad Chalcedonem penetra-Omnia e Theophane (7) et Cedreno. Phorunt. cas septem fere annos in imperio exegerat, cum Heraclius ex Africa CPlin appulit cum classe et tyrannum omnia permiscentem a gradu deturbauit. In hoc rerum motu Chofroes Syriam adortus, Apameam et Edessam cepit, ad Antiochiam Romanum exercitum magno praelio vicit. Iterum ex Theophane Isaacio, a quo discedere noluimus. Dionysius Telmariensis (8) ad annum Edessenum 914. Narses militiae Persarum dux adortus Robam, occupauit, et cepit Seuerum episcopum eius vrbis et lapidibus obruit, donec moreretur. Hoc conuenit in A. C. 602. exeuntem aut A. C. 603. cum Narses Edessam contra Phocam tenuit, vr supra diximus. Cum autem Narses militiae Persicae dux a Dionysio dicitur, id co spectat, quod opibus Persicis subnixus tyranno A. 916. iterum captam Edessam tradit fe obiecit. Dionysius: puta a Phocae duce Leontio, quem A. C. 604. in Afiam profectum diximus contra Narfeten, a quo anno, mense Octobri A. Edessenus 916. iniit. Cedrenus (9) primo Heraclii anno Edessam, a Persis captam commemorat : παgéλαgov όι Πέσσαι την Απάμειαν Συρίας η Εδεσαν η ήλ-Sor

(7) Theophanes p. 245. feq. Cedrenus p. 405. (8) Affemani Bibl. Oriont. T. I. p. 425. (9) T. I. p. 407.

270

Sor έως Αντιοχείας. οί δε Ρωμαΐοι πολεμήσαντες duτοίς, ήττηθησαν η διωλέωθη πας ό λαός των Ρωμάιων, πλήν ολίγων, altero Heraclii anno etiam Caefaream Cappadociae captam tradit. Exquoloco Gregorius Malatienfis(10) explicandus nobis erit, qui a Chofroe primum Amidam et Halebum, veterem Berrhoeam in Perfarum potestatemvenissefcribit, tum, inquit, inuafit عطف على تنسرين ومجع الى الرها Chofroes Caefaream et retrocessit Edessam. Pocokius deflexis Kenafrinum. (1) Si a veritate non aberrauit Gregorius, non post Caesaream dicit captam Edessam, fed receptum exercitui Perfico praebuisse. Secundum Cedrenum A. C. 611. occupata est Edessa: et ita quoque Theophanes, qui addit, Maio mense, primo anno Heraclii captam effe. (2) Auctor Chronici Alexandrini (3) η Αίδεσα υπό Πέβσας γίνεται, Aedessa in Persarum potestatem venit, ad A. C. 609 feptimum Phocae. Perperam vero hoc.

XXV. Chosroes iam omnem fere Afiam tenebat, nec tamen ab Heraclio poterat exorari, vt reliquis Romanorum rebus quietem permitteret. Omnia interim caedibus rapinis et flupris permifcebantur, quod in tanto victoriarum fucceffu nihil aftum putaret tyrannus, nifi fi chriftianum nomen excidiffet. Neftorianis tamen bene velle videbatur, non quod ifti fectae hominum fauebat, fed vt aegre faceret orthodoxis, a quibus Neftoriani pulfi, ad Per

<sup>(10)</sup> p. 157 (1) De hac vrbe vide Affemanum in addendis ad Tom. 11. p. 473. (2) p. 251. (3) p. 382. ed. Paril.

Persas confugerant. (4) Inde Edessae celebris schola Perfarum, quam Zeno Imp. euertit. Non poterat Heraclius vim Chofrois depellere, multis et maximis rebus impeditus. Nam et accifae erant copiae a Phoca, et nouis scribendis vix facultas erat et occidentales barbari Europaeas prouincias haud segnius infestabant, quam Asiaticas Persae. Rebus occidentis vtcumque compositis, İmperator A. C. 622. post pascha in Asiam traiecit (5) Sex annos magna virtute bellum gessit, donec A. C. 627. ipsam in Persiam penetraret, captis multis castellis et praecipue Dastagerdo regia, in qua multi Edesseni captiui libertatem consecuti sunt. Eodem anno Chosroes periit. De eius casu exstat in Fastis Siculis epistola Heraclii Imperatoris. (7) Siroes parricida pacem cum Heraclio fecit. E foederis formula Imperator A.C.628. Theodorum fratrem cum legatis Sirois misit, qui Persica praesidia ab Edessa, Palaestina etHierosolymis ceterisque vrbibus per fines Romanos deduceret, (8) ipfe CPlin rediit. Rursum Heraclius A. C. 629. Hierofolyma ad res ordinandas venit, inde, ve aiunt Cedrenus atque Theophanes, (9) καταλαβών The Edeorar, a webwner The ERRANGIAN TOIS 029000ζοις, ύσο Νεςογιανών κατεχομένην ασο Χόσρυ, Edesfam venit et eccle siam orthodoxis restituit, quam Chosroes Nestorianis tradiderat. Id nimirum eft, quod Georgius



<sup>(4)</sup> Cedrenus p. 45. Theodorus Lector in Eclogiis H. E. p. 558. ib. p. 566. (5) Theophanes p. 253. Zonaras p. 84. Cedrenus p. 409. (6) Theophanes p. 268. (7) p. 398. (8) Theophanes p. 272. (9) Cedrenus p. 273.

gius Elmacinus scribit, (10) Heraclium imperasse, vt a secta Iacobitica ad orthodoxam fidem redirent Christiani, quod multi secerint.

XXVI. Extremum hoc felicitatis et virtutis Romanae documentum fuit. Nam et Persis superiori bello intestinaque discordiafractis et Romanis prouinciis longe lateque vastatis, Saracenorum furor in vtriusque gentis perniciem erupit. Erat tum عمر بن الخطب اباحفص Omar ebnol Chetab Abachaphetz Chalifa, qui superbum nomen بميز الموميني Amir almumini, seu imperatoris atque ducis fidelium primus accepit. Is de occupanda Mesopotamia con-Et vt districtos teneret tum Romanos filia iniit. tum Persas, ante omnia Persarum vim tentandam ratus , ابن مسعود Abi Obid con Mafoud cum non ita multis copiis aleam subire iussit. Obidus ad Talubiam a Persis caesus est, A. H. 13. menfe Ramadan, hoc est A. C. 634. Nouembri mense. Mox Arabes acie conferta superiores suerunt. Quae ر Arzmi docht ارزمی دخت Arzmi docht ارزمی Chofrois filia (Bopáryr vocat Theophanes,) quae tum regnabat, deiecta, regem fibi imponerent يز دجرد Jezdegjerd, Theophanis Hormisdam. Hic per duces rem cum Arabibus male gessit. Interim ابمي عبيده Abi Obeid Damascum iam tenebat. Eodem fere temomar Ebnol عمر ابس العاص , Omar Ebnol Mm Atz

(10) p. 14.

میسرة بن مسروف العبسی Atz Aegyptum adortus eft, Misaret ben Masruk Abbasida ceteras Romanas prouincias inuafit et عياض الى غننم Jjatz ebn Gonmi in Mesopotamia Sarugum, veterum Batnas et Roham deditione cepit, tum Amidam, Mardenum et His victoriis supersuit Omar Chalifa, Nifibin. poft عثماري بن عغاري Otbman ben Aafan Chalifa, Perfia quoque omni occupta et Syria, Jezdegerden regem sustulit. Hic ordo rerum in Abulpharagio diligenti in primis scriptore. (1) Accurrit ad incendium reftinguendum Heraclius, qui A. Seleucidaeo 944. feu A. C. 633. teste Dionysio Telmariensi (2) Edessae fuit, et vt is ait, Persas tota Mesopotamia Quod de anno, confirmat nos Ceexterminauit. drenus, (3) vt in Gregorii Malatiensis fide acquiescamus. Nam anno XXIV. Heraclii, qui a V.Octobris A. C. 633. inchoatus fuerat et cum anno Seleucidaeo 945. a Kal. Octobribus procedebat, res illae gestae sunt in Mesopotamia. Quod de Persis exactis e Mesopotamia, nihil vsquam reperitur. Si Persas vocat Saracenos, tum vero iterum error eius manifeste tenetur. Heraclius enim Theodorum quidem fratrem contra Saracenos misit, is autem conserta manu victus, προς τον βασιλέα έν Εδέσση έζχεται, ad imperatorem Edessam venit. (4) Imperator in fratris locum Boanem ducem constituit et Theodorum Sacellarium quoque Arabibus opposuit, qui



<sup>(1)</sup> p. 175. feq. (2) Affemanus T. II. p. 103. (3) p. 425. (4) Cedirenus l. c. Theophanes p. 279.

qui rem Romanam non ita multum sustinuerunt. Mox victi profligatique recesserunt. Erat tum dux Arabum Iáodos vt Theophanes verius, quam Cedrenus Iad, nisi hic corruptus sit, nam est ipse,quem fupra e Gregorio nominaui, عباض Jadz. Ad eum Ioannes cognomento fiue Katéas, vt Theophanes, fiue Karrãs, vt Cedrenus, ó emírpomos Oseonvns, procurator Ofrboenes, vt vterque, Chalcedonem A. C. 636. profectus, numorum centum millia in fingulos annos paciscitur, finec pacis nec belli caussa Euphratem traiiceret. Quo cognito Heraclius, indigne ferens, tantam rem a Ioanne se inconsulto susceptam, Ptolemaeum Seatyλάτην magistrum militiae successorem misit Ioanni, ipfumque in exilium expulit. Id quam inconsulto factum sit, anno post apparuit. Iasdus enim traiecto Euphrate Edessam cepit. Cedrenus: (5) παγαλαμβάνη Ιαδ την Εδεσαν λόγοις, τήν δε Κωνςάντμαν πολέμω, όμοίως η το Δάζας ή πολλύς εν ταύτη ασώλεσε ή ύτως παβέλαβε την Messoworaplay, Iadus Edessam deditione accepit, Constantiam vi occupauit et Daras, multosque Daris neci dedit : sic omni Mesopotamia potitus est. Ita autem prostratae erant vires Romanae, vt Edesseni ab auxilio destituti, vrbis agrorumque suorum et praesidii Ptolemaeique praesecti incolumitatem pacti, sese dederent. Eorum exemplum Mm 2 reli-

(5) p. 429.

reliquae fere vrbes funt fecutae, vno omnes an. no, vt ait Theophanes Byzantius. (6) Dionyfius Telmarienfis ad A. C. 673. Arabas primum Mesopotamiam ingressos fcribit et Asium postea Edessiam occupasse. (7) Captam eo anno Edesfam satis constat, sed ista non prima suit Arabum expeditio.

(6) p. 282, (7) Bibl, Orient, T. II, p. 103.

LI-



# HISTORIAE OSRHOENAE ET EDESSENAE

## E NVMIS ILLVSTRATAE

## LIBER QVINTVS

Res Edessenae sub Arabibus, Graecis, Francis, Persis, Tattaris et Turcis.

Perae pretium fore cenfeo, fi de Edeffenis rebus narrationem ad nostra fere fecula peragam, cum multa, praesertim facro bello acciderunt, quae commemoratione et luce aliqua sunt digna. Neque ego hic omnia, quae in Mesopotamia gesta sunt, colligere institui, sed ea potissimum, quae Edessenos attigerunt. Postquam Othman ebn Aafan chalipha A. H. 35. qui X. Iul. A. C. 655. iniit, caesus est a suis, Moauias a Syris et Aegyptiis, non inuita Aiescha impostoris vidua, inauguratus est: contra ea orientales, Assyris inquam et Mesopotamiens, Ali ebn Ali Taleb Abbassum le-

Mm 3

ge-

(1) Quinque fere annis antipiti fortuna gerant. certatum est, donec Ali per infidias suorum cecidit. Theophanes Byzantius (2) A. C. 667. hiemem Edesfenis praegrauem commemorat,  $\pi \lambda_{e\mu}\mu_{e\alpha}$ , inquit, ύδάτων γέγονεν ές Εδεσσαν η πολλοί ασώλοντο. Dionyfius Telmarienfis vero ceterique, scriptores Afiatici tradunt, (3) A. C. 879. tertio Aprilis, dominico die, Batnas Sarugi et Edessenam ecclesiam, magna cum clade populi, terrae motu corruiffe, et A.C. 705. pestilentem morbum multos mortales iisdem in vrbibus sustulisse : (4) rursum A. C. 718. alias ecclesias Edessae a terrae motu suisse euersas, (5) denique A. C. 743. excedente ripis Daisan, Edessamesfe disiectam, (6) quod A. C. 725. etiam contigisse ad Leonis annum nonum Theophanes prodidit, et A. C. 740. vt idem ad quartum et vicesimum Leonis annum. Ex Dionysio quoque cognoscimus, sub Iazido chalifa, qui Moauiae filius et successor fuit, Emiros Mesopotamiam rexisse, Aburin, eoque deposito, Mardasum, iterum Mardaso deiecto, Aburinum. Huius Iazidi filius Moauias superstitione tactus; - post wicefimum diem fe abdicauit, et بن الزبير Ben alzobir, tum Mesopotamienses, tum Syros, Aegyptios, Persas in obsequium suum pellexit. Contra eum Meruan ebn Hacem in Orodana inauguratus, primus cha-

Digitized by Google

<sup>(1)</sup> Gregorius Malatiensis p. 185. Dionysius Telmariensis apud Affemanum Bibl. Orient. T. II. p. 103. (2) p. 292. (3) apud Affemanum T. II. p. 104. T I. p. 426. Chronicon Orientale Abrahami Ecchellensis p. 67. (4) Apud Affemanum T. II. p. 105. (5) ib. Dionysius Telmatiensis (6) ib.

chalifatum armis cepit. Cum Ibrahim ebnol Valid extremo anno Hegirae 126. A C. 744. chalifa fieret, contra eum (7) مروان بن محمد بن محمد بن محمد بن محمد بن مروان بن (7) Meruam ben Mabomed ben Meruan ben Hacem, iuperioris Meruani nepos, bellum intestinum excitauit. Is e terra Turcarum seu Turcomannia irrupit in Mesopotamiam et Necaimum ben Thebith, mox Solimanum ben Hifcham Ibrahimi chaliphae duces, praeliis superat vrbemque Emesam capit. Hic ille Jazidi ebnol Valid, qui ante Ibrahimum fratrem chalifa fuerat, cadauer e sepulcro effossum, suspendit: thesaurum autem regium a Damasco Carrhas transtulit. Erat in vrbe Emefa Iudaeus maximis opibus. Huic Meruanes quadringenta millia auri abstulit. (8) Puto eum esse Iudaeum, cuius forte auus colossum Rhodium mercatus est. Cedrenus (9) Constantis eius qui Heraclii nepos suit XII. anno Massar Rhodum cepisse scribit et colossim euertisse, vt Xylander conuertit. Ka9ale toy Kologody sustaine et auexisse potius interpretor. Nam is Coloffus, Demetrio Poliorceta in Syria regnante, a Rhodiis politus, terrae motu concidit C. Flaminio Nepote P. Furio PhiloCoss. A. V. C. 529. Sed iacens quoque miraculo fuit, vt ait Plinius. Tum, in quit Cedrenus, er wryoaueros en oρος, έγγακόσια καμήλια εΦέρτωσε τέν χαλκόγ. Theopha-

<sup>(7)</sup> Abulpharagius p. 212. (8) Dionyfius Telmarienfis l. c. p. 107. De hoc Meruane ita Theophanes p. 351. Meruanem fuisse Armeniae rectorem, contra Izidum mouisse : post menses quinque, Izido mortuo, Abraimum fratrem Damasci successifie : at Meruanum exercitu ex Mesopotamiensibus infiructo Edessam venisse, inde Damascum et Antilibanum petiisse. (9), p. 431.

phanes Byzantius (10) or Isoaids TIS wrysaueros Eunogos Edeconvos. Constantinus Porphyrogenneta, (1) tradit, translatum a Mavia fuisse in Syriam navibus aes colossi, et venale expositum emisse Escaiv τόν Εμεσηνόν, qui aes a mari 980. camelis deuexerit. At paullo ante aliis auctoribus Constantinus scribit, Rhodum captam ab Othmane , ka Seite Se tor Ketooσόν όν Ινδαιός τις έμπορος Εδεσσηνός ώνησάμενος, Annus duodecimus Conaes auxit 900. camelis. ftantis congruit cum vere et aestate anni Dionysiani 653. cum Othman Chalifa superstes, Moauias autem Syriae Emir seu praesectus Rhodiam expeditionem fuscepit, ne quid in eo scrupuli sibi quisquam iniiciat, cum modo ab Othmane, modo ab Moauia Rhodum occupatam legit. At Emesenum potius Iudaeum crediderim fuisse, quam Edessenum. Nongentorum. camelorum onus Iosephus Scaliger (2) collegit suisse 720000, libras pondo: vt 980. cameli, quemadmodum alii tradunt, efficiant 784000. libras pondo, ex quo, quantae Emeseni huius Iudaei opes sucrint, colligere possumus.

II. Sed redeundum nobis est ad Meruanem. Huic chalifatus possessionem non quietam permiserunt Dachacus, Iacobus, Caibarus et Sacasbaeus, (3)-quos ille vicit quidem et Edessam quoque recepit: sed maiorem impetum A. C. 749. sustinuit a Persis, qui

p. 286 (1) De administrando imperio p. 72. (2) Animaduers. Eusebianis p. 134' (3) Dionysius Telmariensis p. 108. Theophanes p. 353. 354.

Digitized by Google

qui nigris vestibus vtebantur vti Arabes albis. Quamobrem Maurophori dicuntur Theophani. (4) Abul Abbas Alfaphah imperator falutatus, contra Meruanem misit patruum suum, qui ad Alzababi, Alzabi feu Alzabati, (ita enim diuerfis modis legebatur in Gregorii Malatiensis exemplaribus Pocokianis, quem locum ex Dionyfio constat, بيت زبا Beth Zabe feu Zaba et Theophani Zabar dictum fuisse, illa enim Meruani sedes erat, ) praelio superior fuit. Meruanes primum Carrhas fugit, tum ponte Euphratis supra Carrhas, non procul, vt puto, a Batnis traiecto, in Syria bellum reparauit, non feliciori euentu. Interim Buricha principatui inhiabat et magnus iam erat A. C. 751. cum Abdalla Boctri filius Edessae ad maiorem spem adspiraret. Is Abdalla coenobia iuxta Edessam, Carrhas et Telam a funda-At Persae mox Buricham A. C. mentis disiecit. 752. pellunt et Abdallam Mahomedis filium, regis Perfarum fratrem, Emirum Mesopotamiae imponunt. (5) Defuncto Saphaho Abdalla ben Mahomed ben Ali ben Abdallah ben Abbas rege, inter Abdallam ben Mahomed Abugjafar Almansorem Saphahi fratrem et inter Abdallam ben Ali eiusdem confobrinum, de principatu disfidia sunt orta, Persis illum sestantibus, hunc vero Mesopotamiensibus et reliquis Syris Aegyptiisque, donec Abadalla ben Mahomed superior euasit. Fuit illis temporibus Emir Meso-Nn **po-**



<sup>(4)</sup> Vide omnino Affemanum T. H. p. 108. et Theophanem p. 356. (5) Theophanes p. 357. et Dionyfius Telmarienfis I. c.

282

potamiae Achaeus. A. C. 767. Abdalla rex maximis cum copiis Perficis, Sindicis, Alanicis, Turcicis aliisque ad Amidam et Edeffam collectis in Romanas provincias irrupit. (6) Non fuit nobis animus haec accurate persequi: attingenda tantummodo du-Nam ad Arabici populi historiam haec potius xi. spectant, quam ad Mesopotamiensis. Vt auteminitio Chalifis dicto audientes fuere Mahometani omnes, ita his temporibus illorum potenția accifaest. Visirii qui a chalifis secundi erant, saepe rem ad se magis trahebant : et Turcae quoque, qui sub chalifis militabant, multum fibi tribuebant. Quare Alradi ben al Moktader chalifa A. H. 324. A. C. 936. vt Vefirorum potentiam accideret, Rateci filium ducem exercitibus praefecit eique titulum امير الزميرا Emir alemira, imperatoris imperatorum seu ducis ducum (7) Male hoc cessit, cum hi ducum duces niindidit. mis validi et auctoritate essent et potentia. Nihilo minus ceteri Emiri seu prouinciarum praesides superbiebant, cum et سلطار, Sultan feu dominum et الملك Almalec feu regem le vnusquisque dici pateretur. Ita cum chalifa effet Al Kader ebn Ifaac, Gregorius scribit (8) de praesectis Eraci, mortuum esse Bahaoddaulam, successiffe Eddaulet, scribit autem his titu-بهااللاولة بن عضلا اللاولة بن بوية وهو الملك lis حبنبن بالعراف وولى الملك بعده ابنة سلطان الدبولة ابو siza Bahaoddaula ebn Adaddaula ebn Bovaja, et fuit rex

(6) Dionysius p. 113. (7) Gregorius Abulpharagius p. 302. (8) P. 334.

rezin Irak et fuit rex post eum filius eius Sultan Eddaulet Abu Schagjaai. In his maxime Persarum Emiri sese extulerunt, vt supra demonstraui. Omnium autem inter se tot suere inflictae acceptaeque clades, vt appareat, facile potuisse opprimi, si Graecis res publica magis cordi fuisset.

III. Interim Edesseni et tyrannide et multis aliis cafibus preffi funt. Quid autem terrae motus omnes annumerem, quibus vrbs illa concussa est? (9) Festinat enim animus ad celebriores casus, per quosEdessa sub Graecis, mox sui fere iuris sub Persis, denique sub Francis suit. Sub Chalifa Abul Hasan Ali puero post A. C. 1025. quidam عطبرا Autira ex بنی نمبر Bani nomir, vir nequam et ftolidus, Edeffam Est autem Nomir vna ex Arabacis tribubus. tenebat. A a ملك نصير الدولة Eius hominis taedio Edeffeni, ad regem Nazir oddaulet ben بن مروان صاحب دیار بکر Meruan praefectum Diar bekri certos homines milerunt, qui vrbem traderent. Diar bekr est pars Mefopotamiae ab occidentali tractu Tigris per montes Nifibis protenta. Huic coniuncta eft مبار رببعة nomus Rabaea ad vrbem Niniuen proxima Affyriae. Ad Euphratem eft ديار مضر Diar Mozar, quod reliquum Mesopotamiae ad meridiem vergentis دىار Nn 2 الخزيره

Digitized by GOOGLE

<sup>(9)</sup> Abulpharagius in historia dynastiarum p. 242. terrae motum, qui A. C. 856. Maio mense Mesopotamiam concussit, memorat. Chronicon orientale Abrahami Ecchellensis p. 59. Edessam Carrhas Rhasalhaiaum concidisse scribit.

ifulae voca- الجزيرة Diar Algjezirat, feu nomus infulae vocatur, quo nomine etiam Mesopotamiam appellant. Nassiroddaula igitur, Edessam misit quendam زنك Zeng, qui vrbe in potestatem accepta, Atiram occidit. Imperatores Graeci tantis in tumultibus et intestinis bellis Emirorum, nihil pristina virtute dignum susceperunt, aut domi otiosi, aut ciuilibus discordiis et regiarum domuum faedis suppliciis, aut imaginibus vel subuertendis vel restituendis, aut bello cum Bulgaris ceterisque barbaris distracti, raro leues pugnas cum Arabibus Persisque conserverunt, frequentiores legationes de pace et tributo mifere adChalifas. Diximus Edessae iam Iustiniani Imperatoris temporibus testeEuagrio honorem τη αχειβοποιήτω habitum. Iam inde eiusdem imaginis non infrequens memoria, Ioannes Damascenus, quem fupra produxi, imaginem ad sua vsque sempora fuperfuisse scripfit. Gregorius II. P. R. natione Syrus ad Leonem Isauricum (1) πλήθη λαών της ανατολής έκθ συναθεοίζονται & προσεύχονται, magna bominum ex oriente multitudo ifibic conuenit atque imaginem adorat. Orientalium Synodica ad Theophilum Imperatorem (2) postquam de Abgaro rege et imagine, όπες έχμαγείον μέχρι της σήμερον ή λαμπροτάτη η μεγαλώνυμος σων Εδεσσηνών πόλις ώσπες σκηπτρον βασιλικόν κατέχυσα αυχεί η κομπά-Zei, quam imaginem ad bunc vsque diem (plendidisfima et

(10) Abulpharagii historis dynastiarum p. 337. (1) Concil. Mard, L, IV. p. 6, (2) Concil, ib. p. 116.



et magni nominis ciuitas Edessenorum tamquam sceptru m regium tenens extollit laudibus. Et postquam in Concilio Nicaeno fecundo (3) lectus fuit eadem de imagine Euagrii locus, Leo Anagnosta magnae CPlitanae Ecclesiae surrexit intersatusque est, se quoque, vbiEdessam adiisset cum ApocrisiariisImperatoris, rhy ίε βαν η άχαροσοίητον ακόνα ύσος πις ώντιμωμένην τε λ προσκυνεμένην vidiffe. Gregorius Malatienfis refert, (4) venisse legatos Byzantios ad Almottacum ebnol Moktader, qui sudatium, quo Christus vultum absterserat, το άγιον έκμαγείον, ex Edessena ecclesia repeterent, contra autem multos captiuos pro hoc munere soluendi facultatem offerrent. Is autemImperator, qui legatos ad chalifam misit, est Romanus Lacapenus. Nam Almottacus, cum sub A. C.941. ineuntem chalifatum adiisset, tres tantum annos et sex menses ea in dignitate exegit, vt totum eius tempus in imperio Romani Imp. fuerit. Chalifa iudices et legum peritos de Imperatoris postulato consuluit. Erant, qui negarent tradi posse, ne qui cultus exhiberetur sudario a Graecis: placebat aliis, vt redderetur, cum tot Moslimii recipi possent. Haec sententia tenuit, missique sunt qui negotium conficerent. At Symeon Logotheta (5) et Georgius Monachus in Nouis Imperatoribus, (6) rem aliter gestam Scribunt autem Edessam a Romanis graui narrant. Nn 3 obfi-

#### (3) ib. p. 315. (4) p. 306. (5) p. 491. (6) p. 590.



obfidione cinctam fuisse, cum ciues legatis ad Constantinum missis, to ayior expayeior se daturos polliciti fint, fi ab vrbe exercitus abduceretur. Ita bulla aurea foedus factum, ne deinceps ager Edessenus diriperetur. Georgius addit, etiam illustriores captiuos ab Edessenis repetitos suisse. Hic Georgius rem istam inseruit, post indictionem tertiam, hoc eft A. C. 945. at Logotheta post indictionis quartae mentionem, cum Almottacus iam A. C. 944. decesserat. Et ea aetate nihil gestum est a Constantino, ex quo intelligi posit, eum bellum habuisse cum Saracenis, aut arma vsque in Mesopotamiam circumtulisse. Incertus Continuator Constantini Porphyrogennetae (7) Constantinum scribit tantummodo cum Amera seu Emiro Persiae conciliatum, legatos misisfe et obsides: legatos in via Thomae Apostoli sepulcrum venerantes, lampades pretiofissimi operis, quas Imperator dono miserat fepulcro, fuspendisse. Fuit autem Edessae huius Apostoli seu sepulcrum, seu cenotaphium. (8) Sed hic vel in primis auscultandum est Constantino Porphyrogennetae, Romani genero, qui memoriae proditum reliquit, saepe atque diuersis temporibus imaginem et epistolam Christi petitam abEdessenis et cum ducentos Saracenos captiuos tum argenti fignati millia duodecim praemio oblata fuisse. Restitisse Edesfenos, donec A. M. 6452. impetratum ab iis fuit. Is

(7) p. 284. (8) Affemanus T. I. p. 49. et 399. Oliuerius in historia terrae sanctae p. 1312. ed. Eccardi.

Is annus iniit a Kal. Sept. A. C. 943. Igitur quando, tum Incertus auctor de Romano Imp. et Leo Grammaticus ad diem XV. Augusti, tum Constantinus et Menaea XVI. Logotheta XIX. diuersitate quae nos nihil moratur, CPlin aduectam narrant, apparet A. C. 944. dici, vt supra ex Gregorio Malatiensi coniectauimus. Nam Ameras Edeffenus ad Romanum Imp. mandata misit, habiturum imaginem, fi Graeci numquam vel Poxav,  $\delta_{\pi e G} \tau \eta v$ Εδεσσαν ή βάββαβος όνομάζει Φωνή, vel Carrhas et Saratos et Samosata inuasuros se reciperent, ducentos captiuos redderent e Saracenis, pecuniae fummam dependerent millium duodecim. Quo cognito, Romanus Imp. Abraamio Samofatensi Episcopo qui tum Byzantii erat, negotium dedit, vt ad se tam imaginem quam epistolam perferret. Cauebant et Imperator et Episcopus, ne quidastutiae Edesseni comminiscerentur et pro vera imagine submitterent aliam, quae, vt ait Imperator, μεταγεαΦείσα διά την Πεεσικήν necisary Perfico bello ad iftbuc exemplar erat facta, aut tertiam, quae in ecclesia Nestorianorum colebatur. Ergo omnes tres postulauit Episcopus et accepit, cognitaque vera, duas ceteras restituit Edessenis. Tumultuabantur ciues Edesseni, cum sibi ereptam viderent imaginem : attamen dux Edessenus, tum multa pollicen do tum vi mortisque et suppliciorum metu conquiescere coegit. At cum ingens tempestas effet corrta illo die, quo ex vrbe deportanda erat, rurfus ciuium animis religione motis, concitatus est tu-



tumultus, vix a duce Saraceno compositus. Vt deinde CPli suscepta suerit, vt in S. Sophiae aedé dedicata, iam nihil ad Edessenam historiam. Vnum adiicio, duas esse vrbes in Italia, quae de huius imaginis ad hoc tempus conferuatae gloria certant. Pro vrbe Roma eaque imagine, quae isthic pro Edefsena colitur, Caesar Baronius Cardinalis atque Surius in acie stant, pro Genua Abrahamus Bzouius et Franciscus Combefisius pugnant. Et huius vero Genuensis imaginis patrocinium exsufflata Baronii opinione et Romana de illa traditione, vt Combefisius Dominicanus loquitur, Carolus Ioannes Baptista Pothier, in se suscepit. Suspecta mihi tamen etiamGenuenfis imago vel idcirco eft, quodVbertoFolieta teste (9) constat, A.C. 1384. ex Leonardi Montalti ducis domo, in qua clam omnibus seruata fuerat, testamento ad rempublicam delata et in S. Bartholomaei aede dedicata fuit. Nam stante CPoli et incolumi, imaginem in priuati manus hominis, vt paullo ante Montaltus fuit, peruenisse, non fit verosimile. Peruenit deinde ad Francos : Ioannes Baptista Lasagna multis legationibus perfunctus, a Ludouico Rege, initio fexti et decimi seculi sudarium vt Genuesibus restitueretur impetrauit, (10) quod postea apud easdem D. Bartbolemaei sacras aedes, maxima veneratione et incredibili totius populi laetitia conseruatum est : cum in eo Iesu Christi Domini nostri vera esfigies ad Abgarum regem trans milla fit imprella, cuius gra-

(y) Historiae Genuensis p. 490, ed. Graevii. (10), Continuator Folietae P. 742.



gratia fingularique beneficio a tyrannide ereptam libertatique restitutam, sperandum est, antiquam banc remp. restis legibus et moribus resormatam aemulatione antiquorum Genuensium piam, iustam, bello fortem, perpetuamque suturam, vt is ait, qui Vberti Folietae historias continuauit.

IV. Bafilius Imperator et Conffantinus Porphyrogenneta negotii fatis habuere quod agerent, tum in ciuilibus feditionibus, tum in Bulgaricis bellis. Ea occafione multae vrbes orientis, defuncto Bafilio, defecerunt, Conftantini fegnitiem contemnentes. Nicephori Phocae Imperatoris imperium plenum maximis victoriis, quamquam diuturnum non fuit. De Ioanne Tzimitze fortisfimo item Imperatore Constantinus Manasses sic çecinit. (I)

Εδεσσα τ<sup>3</sup>τον έβλεψεν, ΕυΦράτυ πεδιάδες. Ρωμαίων ίστος έτοιε ναμάτων τ<sup>3</sup> ΕυΦράτυ Καλ Φρυαγμάτων έτολησε τύτων μυκτηροκόμπων.

Edessa bunc vidit, et Eupbratis campestria: Romanorum equus bibit aquam Eupbratis Et binnitibus salacibus superbisque impleuit.

00

At

(1) p. 119

Digitized by Google

At postea Romanus Argyrus amoto Spondyle, qui ad Antiochiam segnius se gesserat, Constantinum Carantenum, is in matrimonio habebat Romani fororem, cum exercitu praemisit in orientem, ipse cum ceteris copiis secutus est. Parum tamen profecit, et a commeatibus exclusus, vix cum suis euasit Post magno cum exercitu ab vrbe mi-Antiochiam. sit Theoctistum protospatarium, qui praeclare se gessit. A. M. 6540. vt habet Cedrenus, (2) qui iniit A. C. 1031. Septembri mense, Edessa capta est. Gregorius Malatiensis, (3) A. H. 422. qui iniit A. C. 1030. 28. Decembris Roham, quae in manu Naziroddaulae erat, captam scribit. Captam igitur puto A. C. 1031. post Falendas Septembres, cum adhuc procederet A. H. 422. vsque ad 18. Decembris. Nam ex Cedreno, cum de Romani Argyri expeditione agit, apparet, nullam anni partem iis in regionibus accommodatiorem fuisse rebus gerendis, quam au-Aumnitatem, cum non ita aquarum inopia laboraretur. Captam in hunc modum Edessam narrat Cedrenus. (4) Georgius Maniaces protospatharius, Gedelii Maniacae filius, praesectus erat vrbium ad Euphratem et Samosatis sedem habebat : Edessie vero praesectus erat ab Emiro Martyropoleos Salamanes Turca. Απομερμάνης δ των ΜιεΦεριάμ Αμηράς eft is ipfe Naziroddaula, quem supra commemoraui. Tantum emendandum est hoc nomen in Cedreno, vt fit Abunevary. Nam tametsi Naziroddaula dictus fuit

(2) p. 725. (3) p. 342. (4) p. 731.

fuit ابن مروان *Ebn Mervan* a patre, tamen pro eo videtur Cedrenus nomen eius accepiste ابو مروار) Abu Mervan. Vrbem, in qua Nassiroddaula resedit, mox Martyropolin vocat, mox MieDegneiu, et terminatio more istius aetatis pronunciari debet vt Me-Dezuiu, quod plurimis exemplis testatum est. Haec vrbs eft Syrorum ميغرقين *Maifracta* et ميغرقط *Mai-*pberkin, Arabum ميافارقين *Maipbarkin*. Iam Eufebius Renaudotus coniectatus fuit, hanc esse veterum Martyropolin : contra eum Iofephus Affemanus, (5) Tagrytum esse Martyropolin ostendit. At negari non poteft, Cedrenum et quosdam alios, cum Martyropolin dicunt, in animo habere Maiphractam. Salamanem praefectum Geor-Redeo ad Edeffam. gius Maniaces muneribus corrupit, vt intempesta nocte tres munitissimas turres Graecis proditione Edesseni, qui Nassirodino impense fauetraderet. bant, impetu in Graecos facto, fortiter se vrbemque defenderunt, donec Nassiroddaula ipse auxilio venit, cum haud paruo exercitu. Is turres aggresfus a Maniace fortiter repellitur. Cum nihil se videret proficere, pulcerrima vrbis aedificia direpta igne fubiecto incendit, omnem vero ornatum vrbis ipfiusque templi corrupit, et pretiosissima quaeque in Georgius Maniaces nullo necamelis auexit. gotio arcem in media vrbe occupauit, accitisque nouis auxiliis praesidium firmauit. Anno post Imperatori 00 2 tri-

(5) T. II Monophysitis differtatione.

202

tributum vnius anni quinquaginta libras auri misit. Huic ad maiorem gradum euecto fucceffor datus Le-Illum Arabes in Mesopotamia sociatis pendrenus. armis adorti sunt, A. M. 6545. vt habet Cedrenus, indictione decima, aut, vt verius est in Scylitza, indictione quinta, hoc est A. C. 1037. exeunte aut 1038. Cepissent hostes vrbem, nisi subsidio validam manum ab Antiochia missifiet Constantiuus Imperatoris frater. (6) Hic quod vrbem obsidione praeter spem exemisset, ab Imperatore scholis orientis praesectus est. Anno post, sexta indictione, vt hoc loco recte fcriptum est in Cedreno, seu A. C. 1038. exeunte aut 1039. parum absuit, quin Edessam astu occuparent Arabes : infidiae deprehensae in auctores ver-Praeerat vrbi Parasbatzes Iberus protofpaterunt. Ad eum Arabes, primarii viri, numero tharius. duodecim cum equitibus quingentis et totidem camelis venerunt, munus se Imperatori adferre commen-Erant autem arcae in camelis suspensae, quae ad ti. duo millia armatorum continebant. Has arcas, vt depositae in vrbe aut castello essent, aperire constituerant Arabes, atque armatos e latebris immittere Parasbatzes qui Arabas metuebat et in oppidanos. dona ferentes, principes in vrbem recepit et conuiuio adhibuit, equites et munus ipsum ante moenia com-Forte autem accidit, vt Armenus morari iussit. quidam medicus so in loco, vbi Arabes castra fixerant, incedens, vocem Arabisin arca delitescentis exau-

(6) Cedrenus p. 739.



audiret, erat enim Arabicae linguae pergnarus. Is tranquille in vrbem reuerfus, Parasbatzen adit, rem aperit. Parasbatzes, relictis ad menfam Arabibus, repente cum armatis Arabum caftra inuadit, doloque reperto, ad vnum omnes equites et armatos et camelorum ductores trucidat, inde in vrbe principes Arabas fupplicio adficit, vnum praecipuum inter alios praecifis auribus et naribus, nuncium abire iubet. Ex eo tempore Edeffa in Graecorum manibus permanfit, donec a Francis occupata fuit.

Iam principio notum est, multos morta-**V.** les e Francia et omni Germania ad liberandam e Saracenorum potestate Palaestinam, itinere per Hungariam et Graeciam suscepto, in Asiam venisse et primum omnium Nicaeam obsedisse, A. C. 1097. xv. Maii, vt Villermus Tyrius (7) et Annalista Saxo tradunt. (8)Eo fe fcribit veniffeFulcheriusCarnotenfis(9) cum vrbs a medio Maii iam obfideretur: cuitestimonio tantum tribuo, vt quod in Chronico Trium Fontium est 1v. Non. Maii (10) et apud incertum auctorem de gestis Francorum, (1) bonum in primis, quem Robertus Monachus secutus est, (2) pridie Nonas, de aduentu exercitus in agro Nicaeno interpretandum putem. Post, rebus praeclare gestis, Antiochiam Syriae, Edessam, Hierofolyma omnemque regionem ceperunt Franci. Erant duces expeditionis summo genere, in quibus facile eminebant tres fratres, Godofredus, 003 Bald-

(7) p.663. (8) p. 582. (9) p. 387. (10) p.154. (1) p. 5. (2) p. 39"

Digitized by Google

Balduinus et Eustachius, filii Eustachii Comitis Boloniensis ex Ida sorore Gothofredi Gibbosi ducis Lotharingiae, quo fine liberis defuncto, Godofredus in ducatum Lotharingiae haereditarium ius habebat. (3) Balduinus a pueritia optimis artibus et liberalibus disciplinis eruditus, sacro ordini se dedidit, et in ecclesiis, Rhemensi, Cameracensi, Leodiensi beneficia obtinuit ampla. Tandem vitae hoc genere relicto castra secutus, vxorem duxit Gutueram, nobilem foeminam ex Anglia. Haec maritum profecuta in expeditione facra, antequam ad Antiochiam peruentum est, prope Maresiam decessit. (4) Eustachius deinde reuersus in Franciam, haereditatem paterni comitatus adiit. (5)Hic vero est ille Balduinus, qui Edesfam tenuit, post etiam Gothofredo fratri in regno Hierosolymorum successit. Gregorius Malatienfis fcribit, (6) in exercitu Francorum fuisse e regibus بدويل Bardvil, puta Balduinum et بردويل Sachal feu quod in alio MSto eft, منجيل Zangjil, nefcio fane -Gon ڪندنوري corrupte Tancredus et صنجيد Gon Comes التوصي صاحب الرها Comes التوصي صاحب الرها Comes princeps Robae, qui est hic Balduinus et outer Bimund feu Boamundus princeps Antiochiae. De Edessa rem breuiter, sed non fine errore explicat incertus auctor, qui librum, Gesta Francorum expugnantium Hierufalem infcripfit. (7) Ait autem

(3) Robertus de Monte in appendice <sup>5</sup>Sigberti p. 617. Alberici chronicon p. 180. (4) Villermus Tyrius p. 777. Albertus p. 224. (5) Villernus p. 765. (6) p. 368. (7) p. 564.



tem, Balduinum, cum ab exploratoribus accepisset, Rothasiam (est haec Osrhoene) sertilem et copiosam esse , eo cum suis esse prosectum, deinde ad Euphratem, qui Rothasiam atque Antiochiam diuidat, plurima castella cepisse, vnum vero munitissimum Traberez, pleraque deditione Armenorum. Cum sama huiusce rei percrebresceret, princeps Edessa, quae Rothasia, hoc est Roha, legatis missis eius amicitiam comparasse dicitur.

Res vero ita gesta est.Nicaea capta, Tan-VI. credus Comes Ciliciam petiit, Tarfum obsedit.Dum ciues deditionem parant vexillumque Tancredi de edito loco exponunt, eodem venit Balduinus, vexillum deiici, suum reponi iubet, vrbem in fidem accipit. Ex eo fimultas orta inter Balduinum et Tancredum. Conciliatis tandem animis, Balduinus verfus Euphratem mouendum duxit. Erat cum eoPancratius Armenus, qui e carcere Imperatoris CPlitani elapíus, ad Nicaeam in Balduini amicitiam fe contulerat. Hic non destitit hortari Balduinum, vt istam expeditionem susciperet, et, vt erat strenuus, tum regionum omnium et linguarum et hominum perquam gnarus, denique persuasit. Peditum idoneam gerendae rei multitudinem, equites ducentos (8) lectos, feptemtrionem versus duxit e Cilicia et ad Euphratem christianis se suaque castella, tradentibus, Turcas omni fere regione exegit. His in castellis suit Traberez

(8) Villermus Tyrius L. IV. c. 1. Marinus Sanutus p. 141.

berez incerti auctoris, Fulcherii Carnotenfis Turberes, (9) Alberti Aquenfis (10) Turbaysel. AdditAlbertus : Turbaysel , quae est Bersabe. E Gregorio Malatiensi (1) cognoui, qui locus sit. Ait enim .Jofcelinus Princeps Tel Bascber جو سليمن صاحب تل باش Est autem Tel bascher .... Castellum, duabus mansionibus ab حلى Haleppo, aquis hortisque abundans, vt Abulfeda refert. In Tabula Peutingeriana Thalbajaris xy. millia passum ad orientem Tigranocertae, Credo aliam vrbem. Vbi memoratu dignum eft, quod Gregorius Malatiensis subiicit, Armenos multas arces occupaffe, quarum aliquas ad fuam aetatem tenuerint. Quod factum puto eo tempore, cum Selgjucidae Imperatoribus Romanis orientem adime-Idem ad A. H. 589. Salahoddini filium Al fent. Malec Al Daher Halebi dominum occupaffe tradit -Harem, Tel Ba حرم وتل باشر واعزار ودربساك ومنبج kber, Azaz, Dorbesak et Mambagj. Mambagi est Hierapolis in Syria Euphratesia, non item procul ab Haleppo, veterum Berrhoea. Quare has quoque vrbes, quae cum Tel Bascher nominantur, in potestatem Edessenorum Comitum venisse puto. Nostri scriptores etiam Hatab memorant, seu Hamtab, vt alii, et Tulupam et Coritium. Fuit ctiam Ravendel seu Rauenel, quod Pancratio traditum est. Hic ratus a tam firmo munimento subiectam regionem teneri posse, iam inde proditionem Francorum agitauit, cum locum filio regendum dedit, e peregrinis

(9) p. 389. (10) p. 220. (1) H. Dynaft. p. (2) p. 423.

Digitized by Google

nis autem neminem intra moenia admisit. Duo alii Armeni, Fer et Nicufius ad Balduinum se contulerant. Qui, vt senserunt Pancratium cum Turcis clanculum consultare de proditione, rem ad Balduinum deferunt. Ergo is Rauenel castrum a Pancratio repetit. Negat Pancratius, vincitur, tormentis subiicitur, sententia denique lata, vt in partes membra omnia conciderentur, litteras in manum Feri tradit, quibus filio deditionem castelli man-Sic folutus vinculis, castris excedere iubetur. dat. Dum hoc agunt Franci, vt Euphratis ripam omnem in potestatem redigant, fama eius rei Edessam venit, magno animorum motu Franci tanquam libertatis vindices a caelo missi celebrantur. Annalista Saxo (3) et ceteri fere scriptores, vrbem tum in Graecorum potestate fuisse tradunt. Nam vt ille ait, a diebus antiquis semper inexpugnata nunquam manum dederat vrbs illa ampla, paganis, eo quod muris vltrabumani operis qualitatem firmis, fluuio quoque intus ebulliente, omni etiam situ naturalı populique et victuum muniatur fertilitate. Vanam istam gloriationem fuisse, nostra opera demonstratum est. Status vrbis hic fuit. (4) Nulli nisi christiani in ea degebant, in vicinia autem passim erecta crant castella, e quibus Edessenos barbari miris modis vexarunt, vt vix egredi vrbe auderent in agros. Iam affiduae excursiones, practer tributa et vectigalia, quae quotannis pendebant, Pp miris

Digitized by GOOGLE

<sup>(3)</sup> p. 385. (9) Villermus L. IV. c. 2. Albertus Aquenfisp. 221. Alberici chronicon p. 158.

miris modis vrbem in angustias redegerant. Penes maiores natu, inquit Villermus Tyrius, vniuer fa ciujtatis illius residebat auctoritas. Duodecim fuisse numero Albertus Aquenfis testatur. Huic senatui praeerat senex quidam Graecus, homo diues, at mira inertia, qui non tam armis, quam argento hostes a moenibus depelleret: (6) vxorem habebat, liberos vero nullos. Is, vt ait Villermus, ab eo tempore, quo vniuersa prouincia CPlitano subiesta erat imperio, miss ad eandem orbem praeses fuerat et Turcis superuenientibus, antequam praesidatus sui tempus esset euolutum, de necessitate moram facere compulsus, iurisdi-Elionem continuauerat suam, nec ipso ad propria redire volente, nec populo ab administratione eum cedere compellente. Annalista Saxo (7) cbristianissimum bunc senem vocat, qui Balduinum ab Antiochia ad se vocauerit et deinde sit mortuus. Paene tot errores, quot Cum in Alberici chronico legimus, (8) Balverba. duinum ab christianisAssyriis, Edessam sub dominatione Turcarum possidentibus, aduocatum, id sane eo verum eft, quia Edesseni plerique Syri fuerunt, Syriace locuti funt. Rurfum in Guiberto Abbate multa funt peccata, cum scribit, senem hunc ducis honore fuisse functum (putat ille quidem Germanorum more vocem illam summam dignitatem habere, cum hic fenex tantum rector vrbis ab Imperatore effet -datus) desiderasse vero Balduinum, aut aliquem e Francis, virtutis caussa adoptare : contigisse deinde ٧t

#### (6) Guibertus Abbas p. 496. (7) p. 585. (8) p. 158.



vt miles huius Graeci cum Balduino fermonem feni communicaret, hic autem ei crederet et cum milite se At aliter ceteri, quibus fidem conferret Edessam. Nam senatus Edessepotius adhibendum ducimus. nus praesecto vrbis persuasit, vt Balduinum acciret. Illo concedente, missa est legatio. Episcopum et duodecim senatores legatos fuisse Albertus Aquenfis Conditiones ferebantur, vt cum Graeauctor est. co praesecto pari auctoritate esset, reditus aequali proportione, diuideret, eo mortuo omnia teneret, vrbem defenderet, castra hostium in vicino expugnaret. Quo accepto Balduinus cum octoginta equitibus aduolat, Euphratem traiicit : ceteras enim copias ad arcium circa fluuium custodiam reliquerat. Oppidum media via erat, quod Armenus quidam tenebat. Eam in vrbem Balduinus se recepit, partem vt suos reficeret, partem vt Turcarum infidias in via comparatas a Pancratio illo, quem e vinculis dimiserat, eluderet. (10) Albertus Aquensis, qui solus de Pancratio adiecit, addit, ab Euphrate Balduinum rediisse in Turbayssel atqueiterum cum ducentis equitibus secundo Euphrate nauibus petiisse Edes-Sed Fulcherius Carnotenfis, qui ea in expedifam. tione Balduini capellanus fuit, nihil de reditu habet. Eo potissimum teste intelligimus, inde a castris suis, cum octoginta equitibus petiisse Euphratem et traieto flumine, notte tota citatisfimo cursu praeter caftra Pp 2

(9) Villermus I. c. Fulcherius Carnotensis p. 389. (10) Albertus Aquensis p. 221.

Digitized by Google

stra Saracenorum euectum ad Samosatam comperisse infidias esse collocatas, itaque proxima nocte secessific in castellum Armeni cuiusdam. Samolatam dicit, non eam, quae hoc nomine cis Euphratem e regione Edessae est, sed Armosatam in Armenia, vt Eo in castello duos dies commopostea declarabo. ratus, benigne omnia praebentibus Armenis, fe suosque refecit. Tertio die Turcae ex infidiis coorti, subiecto in agro praedas egerunt. Egressi quidem Franci ante portas constitere in armis, sed contra multitudinem nihil ausi, nullo amisso, sese recepere in vrbem. Quarto denique die, cum hostes agro et vicinia excesserant, Edeflam sunt profecti. Dux, et coniux eius, optimates, facerdotes, omnis multitudo, cum tubis et tympanis cantuque festiuo effusi, multo cum honore Francos in vrbem acceperunt. Villermus Tyrius, Fulcherius Carnotensis, Monachus Trium Fontium, acceptam referunt Edessam A. C. 1097. extremo, post Septembrem mensem, quod ex ordine r erum coniicio.

VII. Praefectum Graecum, cum cerneret tam gratum ciuibus aduentum Balduini esse, poenitere coepit confilii. (1) Itaque nihil Balduino permittere, contra suadere, vt hostium arces insuaderet, e quibus tanta incommoda paterentur Edesseni. Etiam de diuidendis reditibus mutabat, multum auri, argenti, serici, multos equos, armorum copiamse prae-

(1) Villermus l. c. C. 3. Albertus Agnenfis p. 221.

300



praebiturum promittebat. Contra Balduinus, citius recedere, quam stipendia merentis in modum alieno Quod agi fub imperio militare fe velle oftendebat. senatus populusque sentiens, ne vrbs praesenti auxilio destitueretur, praesectum adierunt, commoueruntque docendo monendoque, vt a promissa fide non deflecteret. Igitur ille, tum, vt Balduinum fibi magis deuinciret, tum vt tumultum compesceret, eum praesente populo adoptauit, nudo pectori adstrictum et veste donatum. Guibertus Abbas hunc morem adoptandi fic describit: (2) intra lineam interulam, quam nos vocamus cami fiam, nudum intrare illum faciens, fibi adstrinxit et baec omnia osculo libato firmauit : idem et mulier postmodum secit. Tum Balduinus cogitare coepit de Armosatae expugnatione. Samofatam Villermus vocat, Albertus Aquenfis,(3) Samusart, Marinus Sanutus (4) Sarmes. Rectius fere hic, quamille, qui vicinitate soni deceptus, Samofatam, vrbem a Paulo haeretico celebratam credidit. Arfchamescht ad fluuium ار سنيسي Arfchamescht ad fluuium ponunt , vt Dionysius Telmariensis apud Assemannum. (5) Armolata et Arsamolata veterum Graecorum et Romanorum monumentis incluta, cuius vrbis numum APMOCATTHNΩN Holftenius et Spanhemius cum M. Aurelii vultu produxerunt. Polybii excerpta (6) intra Euphratem et Tigrim ponunt, puta propius ad Euphratem et ad septemtrio-Sarmes ex hoc corruptum eft : Sanem Edessae. Pp 3 mu-

(3) p. 496. (4) p. 222. (5) T. II. p. 113. (6) p. 1380.

mulart videtur ex Armenico factum. Praesectus ea in vrbe, quae antea sub Edessenis suerat, vt Albertus teftatur , بلدو Baldak feu بلدو Baldak Turca. Huic Edesseni obsides dederant liberos suos : tamen ciues saeuum in modum adflixit et agros saepe diripuit. Monuit igitur Balduinus (7) praesectum Edessenum, vt ciues secum armatos immittat in hunc infensisfimum christiani nominis hostem. Constituto die cum ducentis suorum et Edesseni populi equestribus pedestribusue copiis mouet. Egressum ab Armofata Baldakum repellit. Albertus Aquenfis subobscure scribit : illic infinita manus Armeniorum ciuium effoeminatorum incaute et segniter dimicantium corruit, sex santum strenui et probi milites Balduini sagittis confixi perierunt : quorum exequiis christiano more completis planctus et dolor magnus per vniuersam ciuitatem factus est. Incertum mihi est in his verbis, Armenios ciues dicat Edessenos, an Arsomatenos. Pulso intra munimenta hoste, cum aliquot dies lacescendo oppugnandoque, et praesidiarios fortissimos esse sensit et castrum firmissimum, non longe ab arce ad S. Ioannis aedem, suos munito in loco relinquit, qui Armosatenos omni clade belli adficerent, ipse cum Francis duodecim Edessam rediit. Hoc citius Alberto crediderim referenti, quam Villermo Tyrio, folos septuaginta contra praeserocem hostem in praefidio reliquisse, ceteros secum abduxisse in vrbem.

VIII.

(7) Albertus Aquentis p. 222. Villemus c. 4.

Digitized by Google

VIII. Cauffa redeundi videtur tumultus in vrbe fuisse. Nam Edesseni Constantinum quendam nobilem et potentem virum, qui in vicinis montibus castella habebat, acciuerant, quocum de interimendo praesecto sene confilium iniuerunt. (8) Armacapiunt, pars turrim in qua senex agebat, cingunt, pars circumstant Balduinum, ostendunt : quantum ille senex in ciuium falute et facultatibus fibi permiferit : vt, fi quid conquesti fint, Turcas vicinos, ad vineas agrosque corrumpendos, denique etiam ad caedem immiserit : adesse tempus iustae vindictae. Negat ille fese quidquam suscipere velle in eum, qui se filii in locum adoptauerit, colloquium fibi permitti cupit. Vt ad fenem venit in turrim, iam circumfusa multitudo vim tentabat : contra senex recludere thesauros, omnia concedere Balduino, si sibi incolumi liceat abire in exilium. Prodit ad populum deprecator, vbi nihil proficit, a sene dimissus est. Hic interim occulto loco funem abarce dimittit eoue effugere tentat. Sed Edeffeni defilientem fagittis conficiunt, caput amputant et hasta suffixum per omnes regiones vrbis circumferunt. Guibertus Abbas, (9) credo quod eum suppuduit, a Balduino patrem proditum fuisse ad caedem, multa commentus est. Nam et senem et Balduinum eadem in arce obsession fuisse scribit. tum hunc arma parasse, retinuisse multis cum lacrymis fenem, prodiiffe ad populum et pro fe nihil deprecatum, Balduini vitae vt parcerent oraffe. At . Ful-

(\$) Villermus et Albertus Aquenfis locis citatis. (9) p. 496,

Fulcherius Carnotenfis (10) vix huic rei colorem in-Narrat autem decimo quinto die, ex quo uenit. Edessam venerunt, caedem praesecti susceptam suisse, tum, addit, Balduinum duxisse in Turcas, contigit tamen de nostris plures a Turcis interemtos fuise. Possis ex eo suspicari, expeditionem Arsomatenam deinde succeptam esse, in qua multi Edesseni ceciderint. Sed quia homo fide dignissimus, hoc loco res strictim attingit, cogor equidem vel inuitus, ceterorum auctoritatem scriptorum sequi. Postridie eius diei quo caesus est praesectus, summa rei a ciuibus delata est in Balduinum, thesauri relicti, arx concessa, iuramentum interpositum. Ita primus Balduinus Comes Edessenus fuit. Balduk, cognito quae Edessae acciderant, legatos ad Balduinum misit, cum mandatis, traditurum se Armosata, si decem millia byzantiorum (aurei hi funt numi ab Imperatoribus Byzantiis cufi) dependeret. Hanc conditionem vbi non accipi videt, rursum alia mandata ad Francos mittit, se obsidibus caesis, arce incensa, discessure et omnem belli cladem inflicturum. Ergo Balduinus paciscitur talentum auri et argenti, tapetes, purpuram, equos et mulos tradit, in fidem accipit Balducum et secum domi suae habet inter familiares, obsides ciuibus Edessenis reddit. Vxorem quoque Bal-

<sup>(10)</sup> p.389. Huius fidem Guibertus Abbas, turpis adulator, his verbis vellicauit p. 552" Fulcherium quendam Carnotenfem presbyterum, qui Balduini apud Edeffam ducis dudum capellanus exfitterat, quaedam, quae nos la-, tuerant, alia, diuerfe etiam a nobis, aliqua, fed pauca haecque fallaciter et, fcabro, vt ceteri, fermone, fudiffe comperimus., Hic libi elegane videtur Guibersus.

Balduci et filios obfides postulauit. Nec negauit ille, tantummodo in dies distulit, quae deinde caussa exitii Balduco suit.

IX. Nunc Sororgia Edeffenis infesta adhuc erat. Sic vrbem vocat Villermus, (1) fic Albertus Aquenfis. (2) Marinus Sanutus Seroge. (3) Ex hoc fenfi primum, effe سروج Sarugj, veterum Batnas, Tabulae Peutingerianae Batana, haud longe ab Edessa, proxime Euphratem. Praefectum Villermus Balak vocat, Albertus, Balas, vt in dubio fit, fueritne بلك an dictus, quorum alterum inter Arabas quoque والرس frequens erat, alterum Balas, magis inter Persas. Caute vero funt intelligendi scriptores sacri belli, cum Turcas et Persas et Arabas valde confundunt. Hic Balas Balduinum monuit', ciues suos Saracenos seditiosos effe et tributum negare, itaque si ad vrbem accedat cum exercitu, se castrum suosque traditurum : e contrario Batnaei seu Sarugienses cum Balduco clam agebant, vt ad defendendam vrbem, collecta Turcarum manu', accederet. Non latuit Balduinum hoc agi. Igitur quanto maximo potuit apparatu, multis cum tormentis profectus, vrbem corona cinctam obfidet et oppugnat. Ciues cum in Balduco parum spei esse sentirent, nam paullo ante aduentum Francorum Batnis se Edessam receperat, ad fidem Balduini confugiunt. Interim Balacus fe excusabat, eo se Batnas prosectum, vt ciues ad obsequium

(I) c. 6. (2) p. 223. (3) p. 141.

quium pelliceret. Balduinus satisfieri sibi simulans nihil tamen vltro Balduco fidere constituit. Tandem et Batnaei se suaque Francis permiserunt et Balas arcem in monte sitam tradidit. Relicti milites praefidio, tributum ciuibus imperatum, praesidio rector datus Folkerus Carnutenfis. Expugnata hac vrbe, vt Villermus Tyrius nos docet, via ad Antiochiam patefacta erat, cum media via inter Edessam et Euphratem Batnae interiectae effent. His temporibus Balduinus videtur vxorem duxisse. Nam Villermus Tyrius scribit, habuisse in matrimonio, postquam Comes Edessae euasit, filiam cuiusdam Armeni principis Tafrok, seu Taphnuz, vt in Alberto est, qui cum fratre Constantino in Tauro monte castra habuerit Cum autem Constantinu, Edeset magnas copias. fenis et tollendi Graeci fenis et Balduini fufficiendi auctor fuit, hae nuptiae videntur non longe ab inito comitatu fuisse contractae, tum mercedis caussa, tum stabiliendae per affinitatem potentiae. (4)

X. Antiochia obfidericoepit A. C. 1097,X11. Kal. Nouembres, (5) capta A. C. 1098. 111. Nonas Iunias. (6) Sub verem obfidentes pariter et obfessi fame premebantur. (7) Igitur Balduinus, qui tum Edessae res suas iam constituerat, Francis principibus per Gerardum familiarem suum dona, aurum, argen-

Digitized by Google

۲,

<sup>(4)</sup> p. 777. (5) Gesta Francorum p. 9. 15. Robertus Monachus p. 45. Baldricus p. 101. (6) Sic omnes. Robertus Monachus p. 55. IV. Nonas. Male. Nam Gesta Francorum, squae is sequitur: "tertia die, intrante Iuaio., (7) Villermus p. 703. Albertus p. 242.

argentum, serici operis vestes, equos et quae remdomesticamiuuarent misit etiam de plebe hominibus commeatum praebuit. Fratri autem Gothofredo omnes reditus e Turbessel, et ex suburbano agro, frumentum, hordeum, vinum, oleum, aureos ad quinquaginta millia dono dedit.Nicofius, quem hoc loco Nichoffum dicit, est autem reuera Nicasius, Armeniae satapra, tentorium miri operis eidem misit. At Pancratius ille, quem supra dixi, id agi, a seruis Nicasii accepto, in itinere seruos adortus, tentorium eripit et Boamundo tradit suo nomine munus. At Gothofredus, ad quem Nicafiii ferui, rem vt gesta erat, detulerant, dum suum repeteret a Boamundo, parum absuit, quin tumultum concitarit. Antiocheni habebant praefectum, quem Villermus Acxianum vocat (8) Albertus (9) Dar sianum Fulcherius Carnotenfis (10) Gracianum Antiochiae Admiratum (Admiratus et Admirabilis horum fcriptorum eft الامير Al Emir) Baldricus (1) Caffianum, item vt Raymundus de Agiles, (2) ex quo nihil fani poffum exfculpere, quamquam multa in mentem veniunt. Antiocheni igitur et praesectus eorum de auxiliis legatos misere ad Chorafani regem in ciuitatem Samarcham, vt ait Albertus, (3) quam facile vides esse Samarcandiam. Rex ducem secundum a se, Corbahan misit, qui est Villermi et Fulcherii Corbagath, regis Perfarum Emir feu dux exercitus, Baldrici (4) Curbarannus et Roberti Mo-Qq 2

(8) p. 705. (9) p. 239. (10) p. 390. (1) p. 110. (2) p. 146. (3) p. 240. (4) p. 111. Monachi(5)Corbanan. Nolo amplius diuerfas huins nominis lectiones fectari : in omnibus fane prima fyllaba non multum difcrepat. Gefta Francorum et ex iis Robertus, tum Baldricus, vbi populos, quos hic Emir duxit, recenfent, Perfas, nominant, Medos, Arabas, Turcas, Azimitas, Saracenos, Curtos, Publicanos, Agulanos. Noti ceteri, Curti funt

ex Gordyaea, Agulani funt Alani intra Caucafum, quos etiam Abdallam Arabum Persarumque regem A. C. 767. in exercitu suo habuisse Dionysius Telmariensis prodit. (6) Azimitae autem sunt ab Agjam, quod ipfius Persiae nomen est, nisi nostri'illi Franci per Azimitas proprie fignificauere populum ex عراف *Jrak Agjam*, quae Perfiae prouincia eft, mari Hyrcano (quod item nomen habet Jrak)pro-Publicani, quos tam xima, veterum Hyrcania. faepe nostri crepant, videntur e بلج Balch fuisse profecti : nihil fane aliud mihi fuccurrit. Nam Babylonii, vnde illud Publicani nasci potuit, notiores erant Francis, quam vt vocabulum fic peruertere Multa quoque nostri referunt de quodam possent. Belphet, Belfetob, Belfetofb, Belfetot, (7) miris enim modis enunciant, rege Persarum, qui et Diogenem . Romanum acie victum ceperit et pronincias inter du-In his fuisse Halebum traditam Assurces diuiserit. gurš

Digitized by Google

<sup>(5)</sup> p. 56. (6) Affemani Bibliotheca Vaticana T. II. p. 113. (7) Marinus Sanutus p. 129. Villermus Tyrius p. 666. 688. Monachus Trium Fontium p. 160. Guibertus Abbas p. 512.,, que m Sogdianum veteri nomine, vt Romani Caefares, vocare folent: " puta "Jula" Sultanum.

guri seu Asingori patri Sanguini, auo Noradini de quibus postea dicendum nobis erit. Hic Affungur -Kafeimod قسيم الدولة اقسنقر البرسقي صحب الموصل eft daulet Oksenkar Borsavensis princeps Mauselae, qui A. C. 1126. occisus duos filios reliquit, Ezoddinum Mafudum et عماد الدين زنكي Omadoddin Zengi, qui fratri Ezoddino defuncto in Mausela successit. Hic فور الدين noftrorum Sanguinus denique filium reliquit Nuroddin Mahomet, qui item vt pater انابك Atabeg, regni Perfici administrator fuit. Si autem Belfetob Sultan is est, qui Diogenem Imp. cepit, السلطان الب ارسلان محمد non fane alius fuerit, quam Sultan Olub Arslan Mobammed (8) Is occifus eft a Succeffit filius ملكشاه Malekschab fuis A. C. 1072: circiter A. C. 1093. mortuus, successorem محبود Mahmud matris et Vezirii artibus, cui se opposuit -Barkiarak et, vt alii, Tarkiarak, natu maior Ma برقبارف humede. Hic obtinuit A. C. 1094. vt Soltani potestatem ad se transferret, adfeito cognomine Rocnoddin. A. C. 1104. cum vita excederet filium allekschabreliquitregem. Quod autem ad Corbagatum, is eft توام اللولة كل بوقا Kavamoddaula Kodbuka,, vt Abulpharagius nomen edidit, (9) vt alii quoque.

XI. Codbuca vt primum in Mesopotamiam venit, Edessam recuperare constituit. (10) Baldui-Qq 3 nus

(8) Abulpharagius p 343. (9) p. 368. (10) Villermus p. 705. Albertus 242. Fulcherius 392. Gesta Francorum expugnantium Ierusalem p. 310

nus, re cognita et commeatum ex agris studiose conuexerat et moenia reparauerat, omnia in obsidionem Vt primum copiae, quae exercitum praeparans. antecedebant, visae, eruptione cum omni exercitu facta, hostes inuadit et in castra vsque Codbucae persequitur, spolia legit, camelos aliaque iumenta accersit in vrbem. Tanta Comitis Edesseni audacia Codbucam ita exacerbauit, vt Edessam obsideret, non recessurus nisi capta. Tres hebdomades tota vi in eam curam incubuit, donec desperans de successu, ad Antiochiam recuperandam mouit. Balduinus ex vrbe secutus extremum agmen, fi quos remorantes opprimere posset, vt sensit hostem circumspecte incedere, in vrbem rediit. Interim a Francis iam capta Antiochia, Codbuca aduenit et magna cum strage suorum repulsus est. Post paullo Rodohan, (Brodoan Alberto) princeps Halepi cum praesecto castelli Hafarth (1) contracta simultate, ad isthuc castellum obsidendum mouit.Praesectus Godofridi Ducis opem implorat, misso obside Mahomete filio : hic Balduinum fratrem cum triginta millibus ab Edeffa ac-Cum ad castrum accedunt, iam foluta obcerfit. sidione Rhodohanes discessit Halepium. Barbaro in fidem accepto arceque tradita, Godofredus Antiochiam rediit, Balduinus Edessam. Cum autem Hafarth castrum ita situm esset, vt ab Edessa iter facientes Antiochiam, haud difficulter a barbaris impediri atque intercipi possent, non leue momentum rebus

(1) Villermus p. 730. 732. Albertus p. 262.

bus gerendis arx dedita fuit. Sed Antiochiae peftilens morbus Francis pariter et ciuibus grauis erat. (2) Ergo Gothofredus Dux in fratris prouinciam fe contulit, vt in Turbessel, Hatab et Rauandel ageret. Ibi cum de Pancratio et fratre eius Couafilio Armenis querelae a paganis ad eum perferebantur, habebant enim isthic locorum quasdam arces, e quibus Edessenos vexabant, Gothofredus eos aggressus omnia infesta loca subegit. Ceteri principes, Gothofredi exemplum secuti, Antiochia in Edessenum agrum et subiectas Comiti regiones se contulerunt, multi etiam ex militibus venere Edessam, quos Balduinus benigne curauit. (3) Sed Edeffenis Franci molesti et graues erant : multa fiebant quotidie licentia militari. Albertus Aquenfis (4) nominat e principibus, qui apud Balduinum diuerterint, Drago de Nabella, Reinardum de Tul, Gastum de Berdeiz, Folkerum Carnotensem, alios addit fine nominibus, ad centum et quinquaginta, eodem venisse, praeter militarem turbam. Et Balduinus quidem eorum auxilio multas circumiectas regiones fibi affociauit : contra ea autem senatus et populus grauiter ferebant tum profusionem opum, tum militares iniurias, praesertim cum nihil per senatum, omnia ex Francorum confilio agerentur. Igitur conspirant inter se et cum quibusdam extra vrbem Perfis communicant, de Balduino vel caedendo vel pel-

Digitized by Google

<sup>(2)</sup> Villermus p. 731. Albertus Aquenfis p. 263. P n. rat.i fratrem vocat Corovafilium, (3) Villermus p. 732. Albertus Aquenfis p. 263. (4) p. 264.

312

pellendo cum suis. Hunc in casum paullatim facultates suas vicina in loca ad familiares homines et notos transmittebant, ne, fi res e voto non cederet, rapinae essent. Exstitit tamen eorum e numero quidam Enxbu nomine, forte انو نئو Enoscho, qui rem ad Balduinum deferret. Is vt Francorum multitudinem obsequentem voluntati habebat, ita per cos repente vniuersos comprehendit et carceribus includit, quaestionem habet, confilia aperit, facultates eorum omnes et amplissimas quidem in aerarium fuum cogit, ex quibus tanta largitus est Francis suis, vt mox ab inopia rursum haud mul-Interim qui in vinculis erant, tum tum abeffet. ipfi, tum per amicos in vicinia, supplicium pro se quisque deprecabatur. Haec locupletandi aerarii noua occasio visa, cum alii, qui minimum, viginti millia, nonnulli ad triginta et sexaginta byzantiorum, praeter mulos, equos, vasa argentea, pro sa-Duo, qui principes et aulute sua dependerent. ctores factionis fuerant, nullis muneribus supplicium depellere potuere : munera sunt repulsa, oculi adempti, exilium indictum. In inopem plebem promiscue faeuitum : nares praecifae aliis, aliis aures, manus, pedes, pulsi omnes vrbe. Villermus Tyrius totam summam, quae in aerarium redacta fit, tantummodo viginti millia byzantiorum prodi-Mirum quantum haec res et metum Balduino dit. tamquam praepotenti pepererit et odium vt tyranno. Et socer quidem, quem hoc loco Albertus Taphnuz vocat, viso, expleri non posse cupiditatem

tem Balduini. ipse quoque sibi metuens, quod dotem filiae nondum omnem dependerat, in montes ad castella sua auffugit, e quibus postea numquam rediit in vrbem.

XII. Guibertus Abbas (5) hic iterum, quasi Balduini cauffa tali defensione indigeret, fingit more suo, Edessenos de tollendo Comite in ipso Natalium domini festo die coniurasse, Balduinum vero confilio ciuium explorato, suis praecepisse, vt pedites equitesque armati hunc diem celebrarent, ipsum in armis sacra secisse, postridie vero Edessenos in concione allocutum conspirationem retexisse, multis praecidisse manus, aliis pedes, rursum aliis linguam cum labiis, omnes ad extremum virilibus mul-Staffe. Hoc tamen in aliquo fide digno reperisse videtur, quod sub extremam anni partem res soedissima acciderit. Mirum quantum ex eo animi finitimorum exacerbati fuerint. Balas, quem Sarugum dedidiffe supra tradidi, antea fidelis, (6) nunc et ipse in vltionem Edessenorum infidias parabat. Habebat ille castellum nomine Amache. Eius cupidum vt sensit .Balduinum, pristina familiaritate adit Comitem, multa de inuidia suorum conquestus, in laudem Francorum, quorum respectu inimicitias susceptit, flectens, velle se, ait, et coniugem liberosque et facultates Edessam transferre, castellum autem -tradere, fi Comes ipfe ad accipiendam arcem co-Rr pias

(5) p. 497. (6) Villermus p. 732. Albertus Aquenfis p. 264.

Digitized by Google

pias admoueat. Constituto tum ordine gerendae rei, tum die, Balas Amachae centum armatos occultis locis disponit, qui ad aduentum Comitis figno dato concurrentes viuum caperent. Balduino cum ducentis equitibus ad arcem venienti, ipse in proxima valle occurrit, monet, ne quid per tumultum ageretur, excludi posse, si sui ad arma concurrant, fatius esse, vt cum paucis selectis Comes accedat, eo in arcem accepto, equites apertis portis intromitti posse. Iam legerat sibi optimum quemque Balduinus, qua cum manu intraret arcem, cum ceteri duces eum absterrerent. Missi duodecim, fidisfimus quisque, qui recepta arce fignum darent, e valle exoriendi ceteris. Hi cum porta effent admissi, repente ex infidiis armatos consurgere vident et impetum facere. Conserta manu decem capti, duo in domus moenibus vicinae tectum pugnando euadentes, vocant suos in valle, quid geratur nunciant. Arx in excelsa rupe vix humanis opibus superanda Balduinum a vindicta absterruit: itaque Balae multis verbis ob perfidiam increpito, libram auri pondo pro quouis pretium offert. Ille Sarugum repetit a se deditum: negat Balduinus reddi posse et infecto negotio discedit. Sarugo, vt ante diximus, Fulbertus Carnotensis praeerat. Hic cognito, quod acciderat infidias circa Amacham disponit et praedam prope arcem agendo elicit ad opem ferendam praesidiarios, quos sugiendo protrahit in locum insidiarum, ex quo coorti Franci caedunt sugantque hostes, sex viuos capiunt. Pro his fex suorum

314

rum recepit. Haud multo post, quatuor e castello, deceptis custodibus, effugerunt: duo ceterorum sortunam capitis supplicio luerunt, quorum alter Gerardus a confiliis et secretis Comitis fuit, alter Piscellus filius sororis Vbelardi de Vizam. Ex co tempore Balduinus nihil Turcis sidere.

XIII. Baldak, a quo Armosata dedita diximus. iam diu suspectus, praesertim quod neque vxorem, neque liberos, sicuti facturum se receperat, obsides adduxit in vrbem, ad extremum capite damnatus Capta Antiochia, Franci Hierofolyma moueeft. Restitit Edessae Balduinus, Antiochiae Boarunt. mundus, vt, fi quid periculi a tergo immineret. primum hostium impetum sustinerent. (7) Hierosolymis in potestatem redactis, et Boamundus et Balduinus voti caussa iter Hierosolymitanum ineundum de-Cum id maxime agit Balduinus, nunciacernunt. tum est, Persas confilii istius fama excitos in finibus Edesseni agri consedisse. Exit vrbe, hostes quaerit, securos paene opprimit. Illi vero vt album vexillum conspexere, quod Comes gestabat, suga falutem quaesiuerunt. Comes cum duodecim equitibus solis persecutus fugientes, nullo facto infigni perpetrato Edessam reuertitur. In itinere, Antiochia a dexteris relicta, Laodiceam petiit, eodem Boamundus, mense Nouembri venit. Hicilli commea-Rr 2 tum

(7) Villermus p. 770, Fulcherius Carnotenfus comes itineris Hierofolymitani p. 401

Digitized by GOOGLE

tum et necessaria coemerunt, attamen vt in-infestam regionem venerunt, famem senserunt et extremam rerum omnium inopiam. Imbres quoque hiberni et-frigoris vis multos absumpsere. Hierofolymis ex militibus Edessenis, nonnulli restiterunt : alii nouam expeditionem Edessenam praeserentes, cum Balduino petiere Hierochuntem, Tiberiadem, Caefariam Philippi et castrum Balbacum. Hoc loco cum Boamundus primum agmen duceret, Balduinus in extremo Edessenos, parum absuit, vt a trecentis Persis e praesidio Damasceno opprimerentur. Denique ab Laodicea diuersi, Antiochiam Boamundus, Balduinus E Mam redeunt. Hic annus 1100. infignis quoque est Melitene deditione capta. Vrbem Meleteniam vocat Villermus Tyrius (8) Malatinam Albertus Aquenfis. (9) Veterum Mehityvy in Cappadocia, Syris ميلېطېنى *Militini*, Arabibus ملطبة Malatia, e qua Gregorius Barhebraeus Abulpharagius fuit, quem idcirco nos Malatiensem Pocokii exemplo dicimus, cum potius Melitenus effet no-Posterioribus seculis ad Armeniam reminandus. Supra Samofatam LI. M. P. poniferri consueuit. tur ab Eledriso, qui munitam vrbem vocat. Huic vrbi praesectus erat Gabriel Armenus. Gaueras dicitur Alberto Aquenfi: (10)Credo auctorem, quem fequitur, Mahometanum avdiuisse, res ad Melitenen gestas narrantem, qui praesectum vocauerit كور Gaur

٦.

(8) p. 775. (9) p. 301. (10) p. 301.



Gaur seu profanum. (1) Gabriel Armenus igitur Boamundum ab Antiochia accersit, cui Militenen in fidem traderet. Dum ad recipiendam vrbem pergit, Danisman Admiratus seu vt Albertus,- Donimanus, occurrit. Is eft long climatic Emir Danischmand, cuius filius Mahomed postea Malatiae princeps suit. (2) Franci, qui numero longe inferiores erant,/ fuga falutem quaesiuere, Boamundus dux Antiochiae captus est. A victoria repentina Danischmandus Melitenen obsedit : Boamundus autem e castris per Syrum seruum certiorem secit Balduinum, quo in statu res effent. Quarto post die Balduinus cum suorum centum et quadraginta ad Melitenen profectus, vt hostem fama aduentus ab obsidione recessifie videt, tres dies sequitur. Copia pugnandi non data, Melitenen adiit eamque in deditionem Et offerebat quidem Gabriel maximas accepit. opes suas: Balduinus tamen nihil recepit, praesidium reliquit suorum quinquaginta. Hi, cum Da ilchmand iterum obsedit Melitenen, obsidionem forti-Chronicon Alberici perperam (3) ter tulerunt. Boamundum captum refert A. .C 1102. cum haec A.C. 1100. mense Iulio acciderunt. Guibertus Abbas (4) Balduinum pluribus vrbibus imperasse fcribit, in quibus Seleuciam nominat ab antiquo celebrem. Puto fane Seleuciam in Mesopotamia haud longe a Batnis ad pontem Euphratis, e regione Zeugmatis, Ra cu-

Digitized by Google

<sup>(1)</sup> Vide de hoc nomine Th. Hyden in historia rel gionis veterum Perfarum p. 358. (2) Abulpharagius p. 387. (3) p. 190.

cuius memoriam Strabo et Polybius conservarunt. Nam quod Guibertus illam prope Babylonem celebratam omnibus monumentis Seleuciam subindicat, id vero vitio eius ingenii factum. Non ita multo post A. C. 1100. xv. Kal. Augustas moritur Godofridus Rex Hierofolymorum et Balduinus Comes Edessenus fratri succedit. (5) Fuit autem, vt eum Villermus describit, Balduinus procero corpore, habitudine corporis firma, non pingui tamen, naso aquilino, labio superiore paullum prominente, mento suppresso, capillo et barba suscis, grauis incessu, feuerus in verbis: chlamidem plerumque portabat, vt citius episcopus videretur, quam e militari ordine, exercitatus in armis, equo scite vehebatur, impiger in agendo et circumspectus, militaris disciplinac custos, in amoribus impotens, nisi quod diligenter caueret, ne quis de suis deliciis rumor emanaret.

Mortuo Gothofredo Rege(6) Balduinus Comes Edeffenus a proceribus electus eft. Robertus epifcopus Ramae, Robertus et Guntherus de Montibus legati missi, qui eum ab Edessa deducerent. Conuocatis igitur omnibus, qui Edessa fub eius signis militabant, potestatem fecit, quivellent, secum migrandi



<sup>(5)</sup> Fulcherius p. 402. Villermus p. 776. 777. A. C. 1101. mortem Gothofredi quidam ponunt, in quibus funt, Chronographus Saxo p. 278. Albertus Fuldenfis p. 1689. Albericus p. 188. Error eft ex eo natus, quod Balduinus fequenti anno Hierofolyma venit. (6) Fulcherius p. 403. Annalifis Saxo p. 590. Villermus p 777. Albertus p. 302.

di Hierofolyma, aut manendi Edeffae. Tum Balduinum neceffarium suum, cognomine de Burgo seuMontibus filium Hugonis Comitis de Reitesta et Milisindis Comitis (7) ab Antiochia reuocatum Edessae Comitem suo loco constituit et VI. Nonas Octobres discessit cum quadringintis equitibus. Balduinus de Montibus fecundus Comes Edeffae ab Octobri A. C. 1100. duxit Gabrielis, quem Militenes principem suisse narrauimus, filiam, Morfiam seu Marpham, hoc est, Martham, (Mar filiam fecundum Sanutum Torfellum) (8) magna cum dote. Ad eum venit Joscelinus, quem Villermus de Cortenaye cognomento citat. Albertus Aquenfis (9) de Cortona, quae Turbay[]el castrum alio nomine est, dictum prodit, cum isthuc a Balduino ac-At dictus fuit a Curtiniaco in Infula Francepisset. E regione Gastineis, inquit Villermus, agrum ciae. Vastinium dicit, eadem in Insula. (10) Huic cognato suo, erat enim materterae Balduini filius, (1) tradidit possidendas terras ab Edessa Euphrate diremtas, vrbes Coritium, Tulupam, Turbessel, Hamtab, Ravendel, alia oppida ampla et munita. Armofata tamen Edessenus retinuit. Carrhae nondum in potestate Francorum erant. Et Balduinus quidem Rex cum Edessae Comes esset, id egerat, vt commeatus in vrbem difficulter conucheretur, hic autem Balduinus alter, ne sementem ciues facerent prouidit. Erat inter Edeffam

Digitized by GOOGLE

<sup>(7)</sup> Guibertus Abbas p. 554. Robertus de Monte p. 617. Villermus p \$17. M nachus Trium Fontium p. 231.232. vbi Villermo collato de hac gente plura inuenies. Alii perperam, de Rorstet. (8) p. 157. (9) Albertus p. 790. (10) l.c. (1) Villermus p. 846.

320

et Carrhas fluuius medius interiectus, qui circumiacentem planitiem ad quatuordecim milliaria diuidebat, quantum ab Carrhis Edessa distabat, vetus vtriusque vrbis limes. Scirtus fine dubio. Is miram fertilitatem agris adferebat. At Balduinus hunc fluuium adeo accidit, vt Edesseni quoque agri sterilitate squalerent : commeatus ex regionibus ad Euphratem aduehebatur. Tandem A. C. 1104. aliquid majus tentandum ratus et suas copias cogit et aliorum opem requirit. Aduenerunt Edessam Boamundus, qui e Damascenis vinculis dimissi Antiochiam redierat, tum Tancredus et Joscelinus. Aderant quoque Daimbertus Patriarcha, is Hierofolymis pulsus cum Boamundo agebat, et Benedictus Edessenus episcopus et Bernardus Patriarcha Antiochenus. Hic exer-Spes erat in propinquo pocitus Carrhas obfidet. tiundae vrbis et iam fiebant frequentes transitiones. At dum Boamundus suam cupit esse vrbem, Balduinus contra iure optimo fibi concedendam esse postulat, elapía gerendae rei occafione, Períae superueniunt. Confilium iis erat, vt pars confligeret cum Francis, pars cum commeatu perrumperet in vrbem. Sic breuiter Villermus et Francos victos narrat et vrbis inopiae subuentum esse. At Albertus Aquenfis (2) nihil de Carrharum obfidione, cetera tamen digna Geigremich, magnificum principem Turcomemoria. rum, cognatum Corbaban, fratrem Sochomani, maximis cum copiis ad obfidendam Edeffam veniffe: Balduinum

(2 p. 339. Marinus Sanutus p. 135.

num omnia parasse ad repellendum hostem, et Boamundum Tancredumque accersiuisse. Hos cum tribus equitum millibus, septem peditum, conuenisse in campo Arun seu Caran, vbi eorum aduentum Balduinus praestolatus fit: vt primnm ab Arabe quodam cognouerint, in via esse hostem, qui Edessam perat, motis signis processifie ad Cobar fluuium: qui a partibus regni Babyloniac vsque ad bas partes alueo dirigitur : in crepidine fluminis pernoctasse : summo mane inde etiam Racham petiisse et in planitie castra suffe metatos. If thic praelium commission eft. Quod antequam defcribam, paullo altius horum omnium ratio repetenda est. Dixi supra Persarum regem his tempori-ركن الدين Barkiarak cognomine برقيارف bus fuiffe محمد ابنى . Rocnoddin. Hunc A. H. 497. A. C. 1104. مكلشاة Mabomed Malikschabi filius Rocnod dini frater adeo contudit, vt Diarbecro Mesopotamia, Mausela et Syria Barkiarak cederet. Erat Rocnoddino in primis fidelis جكرمبش Gjakarmifcb (3) Mauselae feu Niniues dominus, 'hic ipse Alberti Geigremich. Contra eum A. H. 499. seu post 12. Septembris A. C. 1105 Mahomed Rex duxit. At Gjagarmisch adeo cepit victorem, vt ei praesecturam confirmaret.Anno poft, contra hunc Gjagarmifchum المجاولي سقاووا Algjaveli Sakavao mouit victorque captum in vincu-

lis habuit, in quibus paullo post decessit. Niniuitae patris in locum زنکی Zengio filio suffecto obsidio-S s nem

(3) Gregorius Malatiensis p. 370.



nem ferebant, donec قلج ارسالان بن سلېمان Kelugj Arslan ben Soliman Selgucida ab Iconio auxilium tu-Is regnum inuasit, sed praelio commisso, in lit. Chabora flumine interiit fugiens. Iauelius mercedem victoriae Mauselam tenuit, ex quo gradu A.H. 502. A. C. 1108. aut sequenti deiectus est a Mohammedis Regis ducibus. Haec nos tota in narrationcatquein iis etiam quae sequentur, spectare decet. Quod autem dicit Albertus, Gjagarmischum Sochomani fratrem fuiffe, is eft ستمار بين ارتف للتركماني Sokman ben Ortok Turcomanni, qui cum fratre Hierofolyma tenuit, cum Aegyptii vrbem occuparent, paullo antequam a Francis est capta. Liberum enim dimifere Sokmanum Aegyptii. Hitum pro Barkiarakorege arma contra Edeffenum Comitem sumsere. Cobar fluuius est Claudii Ptolemaei xacúcas, notus satis, haud ita procul a Carrhis, fi Niniuen petas : cetera de fluminisitinere in Alberto vana sunt. Nam aborapeliote et Caucaso descendit, donec Euphrati miscetur. Hunc fluuium nostri non traiecerunt, sed occidentem versus motis castris Euphratem petiere. Ita erat necesse, fi ad الرقة Raccam pugnatum est. Haec vrbs tum metropolis erat Diar Modzar, vt Eledrifus teftatur Graece Ba- يسمى بالرومېة بالاميغوس teftatur lanicos, corrupte pro قالزنېغوس Kalanicos, vt funt multa in editione Romana Geographiae Nubiensis. Eft enim Callinicum veterum. Iuxta hanc vrbem eft campus ad Euphratem vergens صنبي Ziffin, (4) celebris



<sup>(4)</sup> Vide Jacobum Golium commentario in Alfragani clementa Astronomica p. 252.

bris ob pugnam inter Alimuin et Moaviam : planities Alberti Aquensis, in qua, Francis victis, Balduinus Comes Edessenus captus est. His in campis Ciphinis Franci, vt in vicino senserunt hostem esse, viginti acies instruxerunt. Mox vbi constiterunt, Socmanus dexterum latus inuadit cum triginta millibus, cui Boamundus et Tancredus magno animo procefferunt obuiam. At a finistra Balduinum Comitem et Iozelinum, dumincautius ad subsidium ferendum cornu circumagunt, a latere ad decem millia hostium ex infidiis adoriuntur. Et illi quidem fugam capiunt, vt repentino in tumultu, ordinibus perturbatis. Clerici octodecim, monachi tres. qui ad excitandos milites in acie versabantur, caesi, Ioscelinus, Benedictus episcopus, et Balduinus Comes nimia cupiditate pugnandieuectus, ca-Nifi Balduinus incautius rem totam aleae pti funt. commissifiet, apparet eius victoriam diei penesFrancos suturam suisse. Nam Tancredus ad primum clamorem, ab dextero latere, vbi hoftem repelli fentiebat, accurrit ad finistri subsidium, hostem victorem sugat Benedictum episcopum et tres milites eripit. Nisi in his Ioscelinus quoque fuit, quemadmodum euaserit, non inuenio. (5) Hunc cafum Gregorius Malatiensis alieno loco attigit, (6) itatamen vt nos abalio errore liberet. Scribit enim Balduinum Regem, cum moreretur, curam prouinciarum Ss 2 man-



<sup>(5)</sup> Perperam Marinus Torfellus p. 154. cum Balduino Comite, obfidibus datis, demum rediiffe A. 1109. (6) p. 377.

# النبص صاحب الرها وهو الذي كان اسرة mandaffe

Comiti Robae, bic eft جڪرميش واطلقته سقاق جاولي we quem cepit Gjagarmisch et dimisit Sakavao Iavelius. A praelio Boamundus et Tancredus suos sub noctem in castra reducunt ad corpora curanda. Altero die desideratus est Balduinus. Quare victores metuebant, ne hostis ad obsidendam Edessam flexerit, citato gradu vrbem petunt, muniunt ab omni parte et confirmant ciuium animos haud leuiter perculfos. Hi fummam rei Tancredo tradunt, non inuito Boamundo, qui ab Edessa Antiochiam rediit, inde traiecturus in Europam. Octo diebus post Gjengremischus et Sokmanus maiori cum exercitu Edessam ducunt et in vicino campo late tentoria figunt. Primum impetum Edesseni fortiter sustinuerunt. Cum autem Tancredus multitudinem metueret, clam Boamundum certiorem facit, quo in loco res essent. Et Boamundus quidem cum trecentis equitibus, quingentis peditibus mouit, per loca autem aspera ducens septem dies itinere faciendo exegit. Edesseni, qui fpem auxilii abiecerant, constituerunt extrema au-Summo mane apertis portis castra hostium dere. inuadunt, multos fecuros et fomno vinoque plenos trucidant, cum ceteris ad mediam diem manum conserunt, perculsis solutisque instant, donec ad tentoria ducum penetrarunt. Principium fugae ab ipfis ducibus. Fugientium terga caedit Tancredus, cum Boamundus agmini perculso occurrit. Edito clamore et ipse inuchitur in Persas. Vix Gjengremi-*(cbus* 



schus et Sokmanus cum paucis euaserunt. Inter captiuos mulier erat summo loco e Persia, quae ad huius belli apparatum magnas opes contulerat. Eius caussa duces Persarum legatos Edessam miserunt. Quae res adeo celebrata est sermonibus, vt Balduinus rex cognosceret litterasque daret ad Boamundum et Tancredum, in quibus vehementer monebat, ne potius vim auri, quam Balduinum commutarent. Et illi benigne se ita facturos responderunt. At tametfi in fingulos annos quadraginta milliabyzantiorum reditus vrbani essent, ceterae quoque vrbes et arces multum tributi et vectigalium conferrent, tamen opum auiditas Tancredum mouit, vt Balduinum in captiuitate destitueret. Apparuit quoque postea, eum Edessenum Comitatum a Balduino ad se auertendi confilium agitaffe.

XV. Boamundus A. C. 1105. in Europam traiiciens, Tancredo curam Antiocheni Ducatus commifit. (7) Tum vero Brodoan, princeps magnificus ciuitatis Alapiae, quae et Haleppum, ad Antiochiam ducit. Victus magno bello a Tancredi copiis, quas ille ex Antiochenis regionibus et ex Edeffena prouincia contraxerat. Tribus postannis(A.C.1108). Turcae magno exercitu conscripto (8)Edeffenam regionem inuadunt, castella quaedam occupant, suburbana incendunt, multos capiunt ex agresti turba, Ss a vt

(7) Villermus Tyrius p. 795. Albertus p. 341. (8) Villermus p. 799.

vt neque coli ager posset, neque quisquam auderet Tancredus Balduini Regis extra vrbem prodire. auxilium petit. Coniunctis copiis Euphratem trans-At hostes, qui non ignorabant, neutrum eunt. diu ab domo abesse posse, praelii aleam summopere vitabant. Itaque adunati exercitus, postquam Edeffam commeatu expleuerunt, cum intelligerent, fatis ad tolerandam obfidionem omnes prouinciae vrbes munitas esse, ad Euphratem redeunt. Postquam maior pars exercitus traiecerat, Persae extremum agmen remorantium aggrediuntur, cui auxilium ferendi Francis ab aduersa ripa facultas non fuit. Multi mortales, praesertim auxilia Armenica, caesi captique fuere. Illum exercitum aut Sokmanus aut Gjengremischus duxerunt. Nam anno post demum Iauelius superior suit, quem etiam Edessam vexasse Gregorius Malatiensis (9) vt a Pocokio conuersus est Latine, tradere videtur. Kelgj Arstan, inquit, contralauelium mouit, qui Robae fuit. Vix tanti eft, vt hoc animaduertam, ne quem tamen fallat Pocokius, monendum duco, Gregorium fcribere بارحبة in Rababat, quod nihil ad Robam. Idem Gregorius, quod supra edidi, tradit, Iavelium e manu missife Balduinum Comitem. Huic Iavelio A. H. 502. a Mahometis Regis ducibus Mausela ademta est. Hoc est.A. C. 1108. post 10. Aug. seu A. C. 1109. sequenti. Illa in perturbatione igitur videtur Balduini dimittendi conditionem accepisse. Quare Albertus Aquenfis errat

() P· 372.

errat, (10) cum a Geigremicho redemtum scribit, qui tum quidem viuere iam defierat. Ceterum et ipfe et Villermus Tyrius (1) narrant, Ioscelinum pro redimendo Balduino vndique conquisiuisse stipem, ad centum millia Byzantiorum, eamque summam cum Redit Balduinus Comes A. obsidibus transmissifie. C. 1109. octauo anno regni Baldumi, vt Albertus. Hic octauus annus cum A. C. 1109. non conuenit, a quocumque die principium regni ducas. Videtur igitur aut A. C. 1108. exeunte, aut ipfo in principio A. C. 1109. in libertatem rediisse. Obsides quodam in castello custodes seu somno seu vino seu aliquo cafu grauatos occiderunt et reuersi sunt ad suos.

XVI. Balduino e captiuitate redeunti Tancredus Edessenum comitatum restituere noluit, donec metu compulsus cessit. (2) Ergo Balduinus et Joscelinus ad vindicandam iniuriam armis, suos parant: et Ioscelinus quidem e vicino castella Tancredi vexabat. Balduinus vero contractis copiis cum Ioscelino castra coniungit, in quibus hunc etiam Turcarum habuisse auxilia Villermus commemorat. Praelio commisso victi. Balduinus Tuluppam se recepit, Ioscelinus effugit. Cruenta tamen Tancredo victoria contigit, quingentis desideratis. Vbi Balduinum Tancredus in Tuluppa etiam obsedit, Ioscelinus a nescio quo Emiro, nam Albertus perperam iterum edi-

(10) p. 353. (1) p. 799. (2) Villeimus p. 800. Albertus Aquensi

P.



edidit Geigremichum suum, ad quadraginta millia Turcarum seu Persarum adduxit, ad cuius aduentum exercitus, Tancredus obsidionem soluit. In hac tam multiplici calamitate Balduinus cum exhaustum aerarium cerneret, vt, vnde stipendium militibus praeberetur, non effet, ad fraudem aliquam iocularem Nam ad inuisendum Gabrielem socerum confugit. profectus Melitenen, honoris caussa magnifice accipitur, militibus antea admonitis, quae agi vellet. Quodam igitur die cum Balduinus et Gabriel inter se fermones conferrent, accedunt centuriones et inde a fide sua atque virtute exorsi, stipendium postulant. Aut nunc fidem libera, inquiunt, aut quod pignori nobis dedisti, id denique in manus nostras trade. Gabriel qui per interpretes militum postulata cognoscebat, quod pignus, inquit, Balduine requirunt milites ? Et Balduinus suspensa voce, barbam, ait, pater. Hic fane Gabriel attonito fimilis mirans, barbam vero? nam supra modum hi populi et delectantur barba et ea amissa tamquam summo viri dedecore dolent. Tamen adhuc Balduinus placare socerum, veluti militibus in reditum suum quieturis. Negant milites, se conditionem accipere. Vbi Gabriel Balduinum tristem quidem, at paratum tamen videt pro fide seruanda barbam ponere, quantum ad stipendium copiarum requirat, scire cupit. Triginta millia Michaelitarum respondet Balduinus. Id genus auri erat a Michaele Imperatore cusi, in publicis commerciis frequens. Eam vero fummam Gabriel se pro genero depen-



pendere, ait, modo fidem ¦dederit, se numquam barbam oppignoraturum esse.

XVII. Secutus est A. C. 1110. Balduino perquam grauis, impressione Persarum. Res à Fulcherio et Alberto narratur ita, vt multum similitudinis habeat cum iis, quae ad A. C. 1108. narrauimus gesta, e solo Villermo. Tempus edidit Albertus, cum Berytus a Balduino rege propemodum iam esfet expugnata. Expugnatam Villermus Tyrius tradit A. C. 1111. 27. Aprilis. Sequemur Alberti te-Turcarum, inquit ille, principes, fic stimonium. enim plerumque Persas vocat, Arangaldus, Armigazi et Samarga e Corasan, Edessam obsederunt. In his folum agnosco الزمير ايلغازي Alamir ilgazi, notum illorum temporum ducem. Eorum de impressione, Balduinus Comes, Balduinum regem tum maxime Beryto oppugnanda districtum, primo vere certiorem facit, multum incufans Tancredum, cuius inftinctu · barbari mouerint. Rex, tametsi Edessam vehementer et ab hoste et a fame premi intelligebat, tamen celare caussam aduentus legatos cogit, Berytique expugnationi tota vi incumbit. Vrbe in potestatem redacta Hierofolyma redit, confilioque inito cum Comite Bertramo Raymundi filio, qui aliquot triremes adduxerat ex Europa, et cum ceteris ducibus, principio Iunii mensis, septingentos equites, pedites trecentos ad Euphratem ducit. Eo antequam venit, vndique ad auxilium concurrentibus Francis, exercitus ad quindecim millia hominum coiit. Huius ad Τt famam

famam expeditionis hostes ab Edessa Carrhas recesserunt. Vt ad vrbem Rex Francique conuenere, accitus eodem Tancredus, inuitus venit cum suorum mille et quingentis. Accufante Balduino, Tancredus in iudicio, ea caussa se Edessenis non subuenisse, dicebat, quod Edessam Antiochiae subiici nollet Balduinus: nam priscis temporibus banc vtique vrbem subiectam Antiochenis tributa persoluisse, quae nunc negentur. Ex concilii sententia sic definita caussa est : nibil e veteri Graecorum instituto postulari posse : quae quisque occupauerit, ea aequo iure vt teneat impediri non oportere. Sic tandem Balduinus et Tancredus de amicitia colenda consenserunt. Inde iam Carrhas adunatis copiis petunt, vbi hoftem videre nullum, primum Edessam pedem referunt, inde ad Euphratem. Quocognito, Turcae seu Persae potius, collectis omnibus, copiis exercitum Francorum inuadere aut remorantes in extremo agmine opprimere constituunt. Id ipfum veritus Balduinus Rex, duas nactus naues, qui-Quinque millia relicta, bus potuit copiis replet. quae transuehi non potuere. Tamen naues ab onere depressae subsidere et frangi. Interim Persae submeridiem visi sagittis incessere relictos in vlteriori fluminis ripa Francos. Et quoniam neque Rex., neque Tancredus subuenire poterat circumuentis, partim caesi, partim dispersi per agros, per montes, vario genere belli occiderunt. Ab his Persaein Edeffenos verterunt : Balduinum, qui a deducendo Rege cum trecentis militibus vrbem petebat, adorti, for-titer pugnantem pellunt. Plerique caefi: Balduinus. pro-

prope folus in montes euasit. Postridie Rex nauibus reparatis traiicit, vt hostes inuaderet. Nullos tamen vsquam reperit: Balduinum Edessam reduxit.

XVII. Sub extremum annum Sidon capta a Rege. At A. C. 1112 trepidi nuncii ab Edessa, Turcos, vt ait Albertus, (3) e regno Corrozan egreffos ad ducenta millia, prae sidium Turbay sel obsedisse. Erant, vt ait ille Malducus, Arongaldus, Armigazi, Samarga, qui obsederant. Gregorius Malatiensis, (4) A. H. 506. mense Mobarram seu A. C. 1112. Iulio الإمبر مودون صاحب الموصل meníe Emr Maududus Princeps Mausel seu Niniues, Roham profectus, inquit, eam obsedit. Hic Maududus est Vbi segetem agri Edesseni cor-Alberti Malducus. rupit, inde mouit Sarugum seu Batnas. Tandem Gjollin princeps Tel Bascher, ex improuiso in eum irruens, non paucos in exercitu caecidit, equos, mulos, camelos auertit. Sic Gregorius. Albertus Aquensis autem narrat, duces Persas obsedisse Turbayssel seu Tel Bascher potius, duos menses et montes suffodere aggress, vt fontes aquarum auerterent, nihil tamen profecisse. Inde centum millia ducta Antiochiam, altera pars exercitus ob inopiae metum dimissa est. Extrema agmina dimissi exercitus Iozelinus cum centum quinquaginta equitibus, centum peditibus secutus mille intercepit et occidit. Postea cum centum equitibus, quinquaginta peditibus An-Tt<sub>2</sub> tiochiam

(3) p. 366. (4) p. 373.

332

tiochiam petiit, vt Tancredo opem ferret. Bal duinus Comes Edessenus eodem cum ducentis equitibus et centum peditibus, Paganus quoque ab Sarugio cum quinquaginta equitibus triginta peditibus vene-Postquam omnes Francorum copiae adunatae runt. fuerunt, ad Caesaream cum Persis decernunt acie. Balduinus et Tancredus primi adorti hostem, multis amiss, pedem referunt ad suorum aciem. Inde rursum inuectos barbarus non sustinuit. Incerta victoria discessum ex acie, nisi quod Persae non multo post tempore castris motis recesserunt. Annus 1113, tum propter aeris intemperiem, tum quod agricultura impedita fuit ab excursionibus, soeda fame grauis fuit. (5) Panem hordeo et glande mistum edebant. Nihil tamen Ioscelinus ex agris suis subuehi Et cum Balduinus legatos mitteret ad patiebatur. Rogerum Richardi filium, qui Tancredo defuncto, Antiochiae Princeps erat, dum Ioscelini terras transeunt, liberaliter quidem sunt accepti, sed sermone aulicorum haud mediocriter commoti. Hi enim paupertatem Balduini exprobantes, confultius eum facturum dicebant, si Ioscelino, vt potentiori, prouinciam traderet et auro accepto rediret in Franciam. Legati tum dissimulantes offensam, postea Comiti Edesseno dicta referunt. Hic fimulato graui morbo, ad se vocat Ioscelinum. Venit ille in vrbem et in Rangulatb, quae vrbis regio erat, deducitur ad Comitem. Hic Comes propositum nudat, · Iofce-

(5) Villermus p. 809.



Ioscelinum vt ingratum incusat, vinciri iubet et omnibus modis torquet, donec regionum possessione cefsit. Dimisse vinculis ad Balduinum Regem se confert, qui cum in Franciam oscelinum redire velle cerneret, Tiberiadem cum circumiectis agris ei concessit.

XVIII. Nouo deinde bello Balduinus Comes virtutem suam illustrauit. Nam A.C. 1115. Borsequinus, vt eum vocat Villermus Tyrius, (6) vt Gauterius, Burso, vt Albertus Aquensis vero, (7) Burgaldus de regno Corozan, Brodoam rez Alapiae et Cocosandor de ciuitate Lagabria, cum quadraginta millibus, Antiochiam petunt et in campis ciuitatum Rossa, Royda et Femie castra ponunt. Accurrit ab Edessa Comes, ab Hierofolymis Balduinus Rex, ab Antiochia Rotgerus Dux. Erat ab Damasco etiam accitus Dochinus, vt Villermus, apud quem etiam Doldequinus, vt Fulcherio vocatur, et Boldequinus: Gauterio Cancellario (8) Boldechinus. Gesta expugnantium Hierosolyma (9) Tuldequinum dicunt. Hic est Gregorii Malatienfis (10) طغركبي Tugragin feu Togracin, Emirum الزمير مودود Emirum Maudud, Fulcherii Mauduesum, Gauterii et aliorum Maledoctum, Mauselae principem in vrbem accepisfet, deinde submisso percussore de medio sustulit. (I) Quamquam ignaro se et inuito Maududum cae-Tt<sub>3</sub> ſum



١

<sup>(6)</sup> p. 810. 811. (7) p. 375. Multus hic pro vanitate fua Gauterius Cancellarius p. 444. fcq. (8) p. 444. (9) p. 610. (10) p. 374. (1) Fulcherius p. 425.

fum ferebat, tamen inuidiam metuens, Francis fe adiunxit. Villermus (2) et Gauterius scribunt, hostes castra habuisse in valle Sarmati. Proxime eam vallem ille Borsequinus, quisquis vero nomine fuerit, collem in altum surgentem Danim, Gauterio Danit, occupat, ne a Francis inuaderetur locus defendendae valli oppor unus. Dum hoc agit, Franci adsunt : in primo agmine Comes Edessenus, cui hic locus ob virtutem tributus est, vt Gauterius indicat, cum Guidone Capreolo, directa acie hostes aggreditur. Fusi valle tota et caesi Persae. Quod cum Borsequinus de colle videret, cum fratre suga salutem quaerit, castra, commeatum et impedimenta relinquit. Franci duo millia passum perseguuntnr fugientes, deinde tantum per cohortes passim vagantes caedunt duos dies. Vt omnes copiae in vnum conuenerunt, spolia lecta et praeda diuisa. Persae iuxta Melitenen montes petunt, ex quo intelligimus, qua in regione praelium commissum sit. Hostibus profligatis Rex Hierosolyma suos reduxit. (3) Perfae ad Gastum, Harech, Synar, e suga in iusti ordinem exercitus collecti, paullo ante acceptam cladem vlcisci instituunt. Rotgerus Antiochenus Dux et Balduinus Edeffenus Comes, cum Regem longius processifie fentiunt, suis viribus bellum gerendum fuscipiunt. Duxere in aciem quindecim millia. Perfae tres acies instructas tenebant ad fluuium Farfar, qui inter Caesaream Stratonis et Femiam erat me-

(2) l. c. (3) Villermus p. 812, Albertus l. c.



medius. Rotgerus ab Antiochia XII. Septembris mouit, ad Rugiam cum Comite Edesseno copias coniunxit et XIV. Septembris, sub finem noctis dubia luce Persas ambo inuadunt. Pauci e nostris, e Persarum primaacie quindecim millia ceciderunt. Tum manus conferta cum altera acie, quae cum consternata pedem referret, ita acta est in fluuiuum, vt vadum quaerendo multi perierint. Tertia acies, vix visis Francis, recessit, donec in regionis Camollae valle, juxta Malbech castrum, Togragin satrapa Damascenus se obie-Satis quieta tempora vsque ad Balduini Regis cit. mortem fuere. Is A. C. 1117. primo vere, Aprili menfe decessit. (4) Iure haereditatis regnum suturum erat Eustachii, qui Gothofredo et Balduino fratribus Hierosolymitani regni maiestate auctis, paternas possesfiones tenebat. Balduinus de Montibus Comes Edeffenus cognomento Aculeus, ob virtutem infignitam multis praeliis, tum maxime in via erat, vt Regem adiret : (5) ad vrbem incidit in ipfam multitudinem regium funus deducentem omniumque in se oculos conuertit. Confultatum deinde de successore inter Principes. Nonnulli tendebant, exspectandum e Francia effe Eustachium: alii magnitudinem rerum praesentissimum remedium postulare ostendebant legendum igitur esse regem ex iis qui adsint. Arnulphus Patriarcha et vel in primis Iofcelinus tenuerunt, vt omnium animi in Balduinum, Comitem Edessenum

Digitized by

<sup>(4)</sup> Villermus p. 816. Annalista Saxo p. 641. A. 1118. At Fulcherius: p. 427. et Albericus p. 231. in A. C. 1117. referunt mortem Regis, sic etiamu Historia Hierofolymitana p. 613. (5) Villermus p. 817. 818.

, 336

num inclinarent. Multum hic valuit fimultas, quam dudum fuisse inter Balduinum et Ioscelinum tradidi. NamIoscelinum, cuius testata et illustris erat prudentia, non videbatur aduersarium commendaturas, nisi virtus Balduini et ipsanecessistas isthuc ab eo exprimeret. Ita suffragia in Ioscelini sententiam sunt lata. Fuit corpore procero, vultus virili decore, capillo flauo, canis misto et raro, rara itembarba, tamen ad pectus vsque demissa, clemens, religiosus; impiger.

XIX. Postquam de regno eratconstitutum, Balduinus Rex Ioscelinum ad se vocat et amicitia confirmata, vexillum Edessenum que Comitatum ei tradit. (6) Tum Morphiam vxorem et tres filias, Miliffendam, Halim et Hodiernam Edessa deducit Hierofolyma. (7) Iueta, quarta deinde nata est, iam rege Balduino. Pacata satis initia tum Rex, tum Ioscelinus Comes habuere, vsque ad A. C. 1122. cum Ioscelinus et post paullo Balduinus Rex capti funt a Balaco. Hic qui fit, Gregorius Malatiensis nos (8) Is enim memoriae prodidit, quod docuit. بلك Balak ben Babram بی ارتف بهرام بر.) ben Ortok, cum viderit Badroddaulam Solimanum ben Abdol Iabbar ben Ortok patruelem Halebi desidiam agere A. H. 517. A. C. 1123. a 28. Febr. eius in prouinciam profectus Halebum vi ceperit. Albertus Aquenfis (9) tradit, anno fecundo Balduini, primo paschatis die, Iozelinum non leuem cladem pertulisse. Sa-

(6) Villermas p. 846. (7) Villermus p. 819. (8) p. 379. (9) p. 380.

Saraceni ex Arabia et Aegypto ad triginta millia camelorum, boum centum millia, quium et caprarum infinitam multitudinem in regiones Damascenas duxerant, vt isthic pascerentur. Tributum pendebant Dochino, seu potius Togracino, qui in Francorum fide erat, yt supra diximus. Custodes pecori ad quatuor millia armatorum, cum coniugibus et liberis magnoque commeatu. Iozelinus, quamquam Damasceni in fide manebant, tamen tantae cupiditate praedae ille-Aus, cum Godofredo de Burs et de terra ciuitatis Pariforum, atque cum Vilelmo fratre eius, fortisfimis viris, centum et sexaginta armatos in pascua illa ducit. A dexteris Iozelinus cum quinquaginta fuorum, a finistra item cum quinquaginta Vilelmus constitere. Godefridus cum sexaginta medium tenebat. Hic, vt inter eos conuenerat, inuadit Arabes. Arabes cornuum classico exciti accurrunt : conferitur manus. At Godefridus praeserociter euectus in hostes, circumuenitur. Tum ipse, tum quadraginta fortes viri, qui plerique amplas possessiones habebant, pro quibus cum duobus aut decem equis, ad viginti vsque, militare solebant, ceciderunt, octo capti, reliqui latebras et occasionem euadendi sunt nacti. Contra ex Arabibus ducenti et amplius desiderati. Vilelmus errore viarum per loca aspera deflexit : Ioscelinus ferum auxilium ferens, visa suorum clade, se rece-Iam satis constat, sic A. C. 1120. rem male pit. At quemadmodum postea A. C. 1122. esse gestam. vt supra diximus, Ioscelinus captus fuerit, non memini me legere qui prodiderit. Tantummodo Vil-V w lermus

lermus scribit, (6) Balac Ioscelinum et Galer annum eius consanguineum ex improuiso in eos irruens cepit et captos vinculis mancipauit. Et Fulcherius Carnotenfis (7) ad A. C. 1122. Goselinus captus est Aedissanus Comes, Galeranusque cognatus eius cum eo : interemtis quidem de fuis ibi non minus quam centum : quos quidem Balac Admiratus quidam tam astutia quam insidiis molitus intercepit. Ad famam rei Balduinus Rex accurrit. (8) Balac, accepto eo, in tuta se recepit. Igitur Rex Comitatum obiit, et munimenta arcium contemplatus, commeatui prouidit. Ab oppido Tel Bascher Edessam petebat, cum incautius incedentem Balac ex infidiis adortus, citius vinctum abduxit, quam Captum trans Euphratem in cuiquam effet visus. Quartapiert, Fulcherii Kartapeta praesidio reponit, in quo Ioscelinus et Galerannus erant. Non ita multo post Armeni quidam e comitatu Edesseno, incertum relinquit Villermus Tyrius, an a Ioscelino promissis illecti, an sponte sua, arcis eius occupandae consilia ineunt. Fulcherius, cui hic maxime fidimus, tradit, captiuos cum Armenis egisse multis pollicitationibus, donec persuasere. Quinquaginta Armeni, vt alii apud Villermum referunt, monachoshabitumentiti, ficas sub laxis vestibus portantes, opem se petere fimularunt, vt alii, mercatorum merces viliffimas aduehentes illam in arcem intrarunt. Fulcherins Carnutenfis, qui quam veriffime cognoscere potuit, tra-

(6) p. 825. (7) p. 431. (8) Villermus p. 826. Fulcherius Carastentis p. 432. 434. Historia Hierofolymitana p. 620.



tradir, eos cum mercibus, paullatim víque ad portas interioris castri penetrasse. Vectigalium magister juxta portam cum quodam rei confcio scacchis ludebat, cum ad eum accedunt, veluti de iniuria questuri. Ab eo illico caedis initium captum. Illius deinde ex aedibus arma proferunt, obuios centum Turcas e praesidio neci dant, portas claudunt, Regem, Ioscelinum ceterosque e carceribus dimittunt. Alii scalis occupant moenia et in arce Christianorum vexillum locant. In ea erat Balaci coniux. Atex suburbanis repente concursus fit: portae, vbi vis ninihil potuit, obsidentur. Consilio opus erat nouo, qui aut euaderent, aut auxilia suorum adducerent : nam Balacum celeriter ad famam rei adfuturum apparebat. Ergo loscelinus rem in se suscept. Sublustri nocte cum tribus comitibus exitum per medios obsidentium cuneos inuenit. Vt euasit, continuo vnum ad regem cum annulo remisit, qui salutis spem esse nunciaret. Rex interim, qua potuit cura, arcem in auxilii aduentum muniebat. Forte en nocte Ba-, lac in infomnio visus fibi est videre, vt a loscelino oculis priuaretur. Huius religione infomnii tactus, spiculatores misit, qui Ioscelini caput rescinderent. Jidem retulere, arcem teneria captiuis. Praepropere aduolat Balac et obsidionem parat. Ioscelinus noctu magis, quam interdiu incedens, attritis calceis ad Euphratem venit. Duos vteres, quos secum aduexerat aqua plenas, vento distendit et circumligat, innixus comitibus duobus transnatat, fessique inter dumeta sub nuce somnum capit. Alter comitum, si V v 2 quid

quid forte cibi reperiri possit, quaerens, in rusticum Armenum incidit, qui caricas et racemos portabat. Hicdeductus inter dumeta, Ioscelinum illico agnouit, opem obtulit, asellam praebuit, quam habebat vnicam, et cum duobus fratribus, coniuge filiaque eum comitatus deduxit in Tel Bascher. Hic vero laeta confux Iofcelini, mariti libertate, laeti ciues: rustico gratia relata. Iofcelinus a castro suo Antiochiam et Hierofolyma petit compedesque suas in monte Caluariae votas suspendit. Magnus repente exercitus colligitur: qui vt Tel Bascher venit, cognitum est, et castelhm effe occupatum et Regem abreptum effe in vinculis Carrhas. Et Balac, vt Cartapetam venit, cum Balduno Rege de dedenda egit arce, ita libertatem et ipfum et ceteros habituros: deducturum enim se Edessam. At Rex, qui, ne quid secus Armenis accideret, metuebat in primis, negabat se conditionem accipere. Collis, in quo arx fita, cretaceus erat. Eum suffodit Balac, subiectaque materia ignem sup-' ponit. Secuta est ingens ruina, turre subsidente, quae Regem adeo perterrefecit, vt nullas conditiones ahas ferret, soli clementiae victoris se suaque permitteret. Ductus est cum ipse, tum Galerannus, Carrhas in In Armenos omni genere suppliciorum vinculis.. Balac desaeuiit, alios excoriauit, alios serra dissecuit, viuos sepeliuit, sagittis confixit. Exercitus autem Francorum a Tel Bascher Haleppum diuertit et quatuor dies vexata vrbe, Hierosolyma se recepit.

> XX. Haud ita multo post A. C. 1124. vt Fulche-

cherius (9) vt Villermus Tyrius (10) A. C. 1123. Balac obsedit, Ierapolim, quam orbem Mambuth vulgus vocitat, vt ait Fulcherius. Mambuth eft Mambagj seu Mambugj, vetus Hierapolis. Fulcherio consentit Gregorius Malatiensis (1) A. H. 518. qui iniit 18. Februarii A. C. 1124. ab Balaco Bahrami filio oppugnatam effe Mambagj. In hoc a nostris dissentit, quod auctor est, sagitta e moenibus fuisse confixum, eoue casu copias eius dispersas esse. Menfe Maio ineunte, vt Fulcherius scribit, Balac Hierapolin obsedit et blandis verbis praesectum ad se ex-Hoc in vicino agi fentiens Iofcecitum neci dedit. linus Comes Edessenus, coactis copiis, Balacum inuadit, ter reparata pugna victor, equitum tria millia caedit, peditum incertam multitudinem. Inter cadauera caesorum Balacum repertum scribit Fulcherius illius temporis scriptor, agnitumque a Ioscelino in ar-At Villermus scribit, ipsum Ioscelinum conmis. greffum cum Balaco, manu sua eum occidiffe, ignorantem tamen qui effet. Vereor ne hoc honori Ioscelini datum fit ab aliquo, quem Villermus vir alioqui bonus et prudens imperite secutus est. Caput Baldaci Ioscelinus, per armigerum suum, adolescentem fortem, ad exercitum misit, qui tum Tyrum obsidebat. Tam grata ea res fuit, vt Patriarchae ceterorumque principum suffragiis armiger nobilitate donaretur. Pontius Comes Tripolitanus omnium ex voluntate eum more prisco vestiuit. Eodem anno IV. Kal. Septem-Vv 3 bris

(9) p. 438. (10) p. 839. (1) p. 379.

342

bres, vt Villermus (2) testatur, Balduinus Rex pecunia dissoluta et obsidibus datis, e vinculis dimissus est. Eodem fere tempore Boamundus Iunior e Francia Antiochiam venit. Nam Boamundus Dux Antiochiae, cuius res supra attigimus, cum grandi aere. alieno premeretur A. C. 1105. in Franciam nauigauit, Tancredo relicto ad tenendam in potestateAntiochiam suo nomine. In Gallia Philippi Regis filiam Constantiam duxit, e qua hic Boamundus Iunior, natus erat annos admodum octodecim. Is caufis ex occultis inimicitias cum Ioscelino Comite suscepit, vt ait Villermus Tyrius. Puto tamen, non ita occultum. esse posse, caussam suisse, quod Boamundus paternis vsus confiliis, EdessenumComitatum ad Antiocheni Principis clientelam pertinere diceret, cum contra ea Ioscelinus, vt senior et 'rebus gestis clarus, haud magis concederet Boamundo filio, quam ante eum Balduini Boamundo patri cesserant. Dum nimis ferociter negotium tractat Ioscelinus et Persas barbarosque alios in Antiochenam prouinciam immittit, qui omnia incendio delerent, omnium in odium et inui-Rex ipfe aduolat, tum ad opem fediam incurrit. rendam, tum ad reftinguendam fimultatem, quae magnam perniciem nomini Christiano allatura effet. Forte tum Ioscelinus grauiter decumbebat, vt de vita desperans, conditiones pacis quascumque admitteret. Vt conualuit, Bernardo Patriarcha Antiocheno partes conciliandi vtrumque Principem fufci-

(2) p. 846.





scipiente, Antiochiam venit et Rege praesente, cum -Boamundo amicitiam restaurauit, fidem promisit. Interfuit A. C. 1127. (3) expeditioni Francorum, quae nihil vtilitatis in rem Christianam importauit. Et postea Boamundo ab Haleppi praesecto caeso, Regem in pacanda Antiochia iuuit. (4) Ad Halepum (Halapiam vocat Villermus) grauem casum subiit. Nam cum turrem e crudis lateribus suffodiendam curaret, collapsa turre, eius ruina prope obtritus est. Semimortuum magno labore milites e ruinis protra-(5) Ex eo caíu A. C. 1131. lecto grauiter xerunt. adfixus erat, cum nuncius attulit, Sultanum Iconiensem Cressum eastrum (Marinus Sanutus, Croisson) (6) obsedisse. Filium ad se vocat Ioscelinum, ostendit, quo in discrimine res essent, iret et hostem depelleret a munimentis. Ille, vt erat segnis, hostium multitudinem tollebat verbis multis, metum degeneris animi non distimulans. Ea re vehementer indoluit pater et vt ad extremum virtutem filio, ciuibus caritatem exhiberet, copias cogi iubet, ipfe in lectica decumbit, et in barbaros vadit. In via Gaufridus cognomine Monachus occurrit, qui nunciabat, ad famam aduentus eius Sultanum obsidione soluta, trepide se proripuisse. Tum vero loscelinus, quem vires iam deficiebant, lecticam deponere iubet in terram et sublatis in caelum manibus, quod hostes etiam semi-· mor-

(3) Villermus p. 848. (4) Idem 850. (5) Id. p. 853. (6) Tabula Pentingeriana ab Arfinia XV: M. P. Coissam habet, a Coissa ad Castellum dictum, Ad Tigrim, prope fluuium eius nominis XXVII. M.

mortuum expauissent, res Christianas deo commendat, filium suis militibus. Post pauca verba animam co in loco exspiravit.

XXI. Ioscelinus minor, Ioscelini filius, matrem habuit sorogem Leuonis Armeni, viri inter suos potentiffimi. (6) Gregorius Malatiensis (7) tradit, A. H. 506. A. C. 1112, mortuum effe Basilium Armenum cognomento كوغ باسيل Cug Bafil, quali Latronem Bafilium dicas, quod arces non paucas furto occupas-Hic erat, inquit ille, يروب بلد بن لاور، fet. Dortarum regionis filii Leonis dominus, vt Pocokius conuertit. بروب Darub, multitudinis numero castra sunt, et arces in angustis viis munitae. Tota autem regio vocabatur Bilad bes Leon, a filio Leonis, vt antea forte ab ipso Leone Bilad Leon. Sic haud longe a Tyro alia regio fuit Campus Leonis, teste Fulcherio Carnutenfi. (8) Ex hac domo fuit Leuones: Ioanni Cinnamo (9) etiam Aebsirng, Annae Comnenae (10) autem Aéwr. Est eorum hoc stemma:





Maiorem stemmatis rationem, omisso tamen Basilio, exhibuit Carolus de Fraxinis ad Ioannem Cinnamum. (1) Ouas res hic Leo gesserit, nostrum non est attingere. Captus est a Boamundo, eo mortuo, dimisfus ab Antiochenis. (2) Ex illius filia Ioscelinus habuit filium Ioscelinum et filiam Agneten. Agnetes nupfit primum Raynaldo de Mares, tum Amalrico Fulconis Regis filio, Balduini Regis fratri, Ioppenfi Comiti, qui postea regnauit Hierosolymis. (3) Ex hoc matrimonio Balduinus et maior fratre foror Sibylla. Tamen vt ad regnum peruenit Amalricus, coactus est Agneten repudiare, tamquam quarto confanguinitatis gradu cognatam. Boamundus quoque Antiochiae princeps, anno ante Regemvno, in Cilicia ad Mamistram ab Halepensibus caesus fuerat. Reliquit filiolam Constantiam ex Haliza, seu Aaliza Balduini de Montibus, seu secundi co nomine Regis, filia, cuius fororem Milifendam Fulco Rex in matrimonio habuit. Hanc mater Manueli Ioannis Comneni Imperatoris CPlitani filio despondere voluisse videtur. Desponsa est postea a Fulcone Rege, inuita matre, Raymundo Pictauiensi Comiti. Haec belli Graeci initia fuerunt.

XXII. · Nam Ioannes Comnenus Imperator, motis in Afiam armis, fpecie compefcendi Leonis, mox etiam in Antiochiam vertit. Obfeffa vrbe, Ray-Xx mun-

(1) p. 432. (2) Joannes Cinnamus p. 8 (3) Villermus p. 854. 958. (4) Ioannes Cinnamus p. 8. 9, collato Tyrio p. 850. 864.

Digitized by GOOGLE

mundus accurrit, sed cum nihil opis humanae reperiret, in castra ad Imperatorem venit et se suaque Imperator eum in ducatu Antiocheno tradidit. confirmauit, vt Byzantio imperio dicto audiens esfet. (5) Atque cum comitatus Edeffenus in fide et clientela Ducis Antiochiae esset, simul cum Raymundo Ioscelinus iugum subiit. Inde Ioannes Imperator Neocaesariam A. C. 1136. obsedit. Erant in castris tum Raymundus Antiochiae Princeps, tum Ioscellinus Comes Edessenus, ex pactis Imperatori opem ferentes cum suis militibus. (6) Et Imperator obsidionem fortiter instruxit, operibus agendis et oppugnandis vrbis munimentis. Interim in castris Ioscelinus et Raymundus desidiam sectabantur, et assidue aleam ludebant, cum dispendio patrimonii. Suo exemplo alios quoque corrumpebant : nec quidquam apud eos valuit Imperatoris auctoritas ab tali dedecore saepe absterrentis. Iam suburbium inferioris ciuitatis occupatum erat, cum Machedotus Arabs praesectus inducias peteret. Imperator, quiRaymundi et Ioscelini desidia offendebatur, veluti ea altius quidquam spectaret, in indignationem paullatim prorumpit. Dat inducias Neocaefarienfibus, veluti ad Sozopolin fe oppofiturus Perfis. Ab vrbeautem Antiochiam ducit, multum consternato Raymundo. Ferunt, Ioscelinum Comitem, occulto in Raymundum Principem odio, adolescentem blanditiis fuis

(5) Cinnamus 1 c. Villermus p. 866. 870. (6) Villermus p. 873. 872. Cinnamus leuites attigit p. 33.



fuiscorrupisse, vt eum apud Imperatorem in contemtum et inuidiam adduceret. Antiochiam Imperator ingreditur, Stratorum officio Raymundus et Et primum quidem multa Ioscelinus funguntur. munifice et liberaliter tribuit Imperator, tandem Raymundum placide adfatur, se ex pacto aucturum esse principatum captis vrbibus omnibus, quae nondum in potestatem erant redactae : ea caussa praesidium Graecum in vrbem acciperet, exercitibus ad receptum patefaceret portas: fibi in animo effe totius belli sumptus heic deponere. Raymundo ob praesentissimum discrimen titubante, Ioscelinus Comes excepit, multo honore verborum de Imperatoris prudentia praefatus, nouam rem confilio omnium Principum huiusce ducatus indigere, ait, vt fine tumultu plebis negotium conficiatur. Recte monere visus est Imperatori. Ita Comes Edessenus, Raymundo cum Imperatore in palatio remanente, difcessit in hospitium, tamquam corpus curaturus. Occulte autem dimisfis nunciis, quid geratur, Francos monet. Conuolant armati: ingenti tumultu vrbs equo celeriter perstrepit. Comes in pa-. latium deuectus, apud Imperatorem trepidus irrumpit et mirante Imperatore, quid ita praeter morem aulae et decus gerat, ille, necessitatem, ait, sibi impositam: tumultuari populum captis armis et se, qui quietis caussa in hospitio diuerterit, aggressum: vix furorem et manus eualisse, veluti proditorem. Iam etiam tumultus ad palatium erat, occidentium passim Graecos. Imperator in re trepida Raymundum et XX 2 Iofce-

Joscelinum orat, vt hunc motum componant, se postridie cessure vrbe, omnia relicturum ex eorum voluntate. Sedata in hunc modum plebe, Imperator diluculo egressure, castris tamen positis obsidionem minatur. Tandem mitigatus, side data acceptaque recedit, nec ita multo post vita defungitur in Cilicia. Ioannes Cinnamus non dissimulat, Ioannem Imperatorem in animo habuisse, omnes has regiones Manueli filio minimo tradere. Successit hic ipse Manuel, adolescens impiger.

XXIII. Ex hoc tempore occultum odium in manifestas inimicitias erupit, Raymundo et Ioscelino mutuo se euertere instituentibus. Hinc Edessenae vrbis calamitas repetenda est. Nam A. C. 1144. cum Balduinus IV. Fulconis filius Hierofolymis regnaret, Sanguis, vt ait Villermus, (7) et nostri fere omnes loquuntur, Turcorum orientalium potenti/simus in Niniue seu Mausel, nisus mutuis Principum dissidiis, Edessam obsedit. Gregorius Malatiensis. (8) A.H. تابك عماد الديس qui iniit A. C. 1144. 3. Iulii الديس عماد الديس زذكر Atabeg Omadoddin Zengi, Robum Francis abstu-It. Hic e Zengi nostri fecere Sanguinum. Villermus Tyrius quidem captam Edessam fcribit A. C. 1142. Atis certe error est. Oliverius Scholasticus, (9) circa initia Regis Balduini refert, qui A. C 1142. Nouembri mense fratri successit. Chronicon Alberici

(7) p. 891. (8) p. 387. (9) p. 1372. tom. II. Scriptorum Germ. Ec.



rici (10) Robertus de Monte (1) Dodechinus Abbas S. Dysibodi (2) A. C. 1145. facra nocte captam Nihil verius, quam A. C. 1144. eadem tradunt. nocte, quod ob vicinitatem A. C. 1145. errorem peperit. Ioscelinus Comes, ab Edessa sedem transtulerat in Tel Bascher, tum propter loci vbertatem, tum propter securitatem, quo licentius otio indul-Soli negotiatores in Edessa curam vrbis gegeret. rebant, pauci Franci ibidem habitabant, raro aliqui ab Tel Bascher commeabant Edessam. Nec stipendia praesidiariis soluebantur in tempore: plerumque in annum differebatur. Hoc in statu cum Edessa effet, Zengius vrbem ita arcte clausit, vt nemo pedem extra portam efferre posset, ex quosimma neceffariorum penuria et fames exorta est. Erat autem, vt ait Villermus, muro circumdata solido et turrium excelfarum vallata (praesidio) ciuitatis parte (superiore,) alterum inferius, ad quae ciuibus etiam expugnata vrbe secundum poterat esse persugium. Incluía Iacobus Bongarsius adiecit, tamen locus corruptus man-Intelligi autem ex iis potest, quae supra de vrfit. bis fitu differuimus. Aggere ducto, Zengius murum tormentis fine intermissione quatit, ne sentiri posset, cum cuniculus duceretur. Tum cuniculo ignem subiicit. Magna pars moeniorum ad centum cubitos cum fragore collapfa aditum aperit. Irrumpunt hoftes, caedunt armatos et inermes. Ciues quidam in praesidia arcium fugerunt, sed tantus tumultus erat, vt Xx 3 mul-

(10) p. 305 (1) p. 627. t. l. Script, Piftorii (2) p. 473. ed. Piftorii.

multi ipfo in introitu conculcarentur. Hostis simul cum ciuibus irrupit. Occiffus in vrbe etiam est episcopus Latinus, (3) ecclesiae christianae, in primis S. Mariae Virginis basilica et ea, in qua corpus S. Thomae repositumerat, pollutae praua superstitio-At Villermus, iure cecidisse contendit episcone, Nam cum ingentes facultates possideret, tapum. men eum militum atque ciuium inopiae non subuenisse, quae non minima amissae vrbis caussa fuerit. Ioscelinus Comes copias quidem coegit, amicos follicitauit, Raymundum vero in primis multum orauit. At Raymundus, vt Oliuerius et Villermus tradunt, inimicitiarum caussa nihil iuuit, distineri se caussatus. Si res a Manuele Comneno gestas apud Ioannem Cinnamum spectes, non caruit solicitudine ab Graecis inuafionibus Raymundus. Melissinda Regina, quae Balduini Regis Hierofolymorum tutelam gerebat, Philippum Neapolitanum constabularium et Elinandum Tyberiadensem cum maximis copiis misit. Non tamen in tempore adfuerunt.

XXIV. De Zengii exitu in Chronico Trium Fontium legimus in haec verba: (4) Sanguinus filius Axungui Halepiae Princeps, capta Edessa ciuitate, dum in obsidione cuiusdam ciuitatis super Eupbratem sitae et dictae Calogembar perseueraret, suorum gladiis confosfus interiit, vino tamen ante oppressus et nocturna crapula

(3) Robertus de Monte p. 627., Chronicon Trium Fontium p. 305. (4) p. 315



pula. Ad A. C. 1146. At Gregorius Malatiensis (5) hunc casum A. H. 540 V. Rabii posterioris ponit, vt acciderit A. C. 1145. 26. Septembris. Ab Edeffa etiam قلمة البيرة caftrum Bira, quod in Francorum manu erat, obsedit. Est autem, vt ex Eledriso seu Geographia Nubiensi constat, in Mesopotamia, vna statione a Carrhis, magis fere ad austrum, proxime Traiectum in Syriam, itaque Batnis vicinissimum. Hic cum accepit Zengius, Nafiroddinum, cui Maufelae praesecturam mandauerat, occisum, eo discesfit. Franci castellum tradiderunt فجم اللدين صاحب و. Nogjmoddino praefecto Mardinensi. Zengius, يس مار د Mausela recepta castellum جعب Gjabar, Alberici Kalogembar, quafi تَلعة جعبو Kalaat Gjaabar, f. Caftrum Gjaabar obsedit, atque isthic noctu a feruis fuis eft occifus. Hoc fane Albericum confir-Is cum eum vocat filium Axungui, Oksenkari mat. dicere voluit. HicZengius terras a Niniue ad Halebum tenuit. Interfecto Zengio نور الدين محمود Nuroddin Mabmud, qui in castris erat, Halebum confestim petiit vrbemque sibi vindicauit. Contra alter Zengii filius سيف اللربين Saifoddin, Maufolenfibus vocantibus, Niniuen regionemque circumiectam tenuit. Mortuo Sanguino feu Zengio, Villermus (8) fcribit, Noradinum filium Mauselam prosectum, successionem quaesisse. Ea occasione Edesseni, cum vident, praefidium non satis firmum a Zengio relictum, occultis nunciis Ioscelinum Comitem ad se vocant. Ille celeriter cum Balduino de Mares, fortissimo viro adue-

(5) p. 387. (6) p. 898. 899.



aduenit. Nocte, vigilibus dormientibus, in moenia funibus et scalis adscendit, portas aperit, obuios e praesidio caedit. At arx ipsa munita magis, quam vt fine tormentis capi posset. Paucis diebus post Nuraddinus adest, vrbem obsidet. Nostri et ab arce et ab hoste externo inclusi, eruptionem parant. Ciues sequi constituunt, cum coniugibus liberisque. At praesidiariorum in arce auxilio hostes vrbem intrauerant, qui ad portam a Francis erupturis apertam gradum accelerant. Dum Franci ciuibus permisti et imbelli turbae, erumpunt, hostes extra vrbem eos inuadunt: foeda facies tot mortis generum fuit. Euasere tamen Franci. At Nuroddinus eos secutus, pedem sine pugna proferre non siuit. Cecidit Balduinus et iuxta eum alii multi. Iofcelinus inermis ad Euphratem euasit, quidam relictis impedimentis diuersa suga salutem quaesiuerunt. E ciuibus admodum pauci effugerunt : in ceteros animaduersum est. Vt Tyrius haec ad A. C. 1145 refert, ita Albericus ad A C. 1147. Nolandinus Sanguini filius Alapiae Princeps obsidet et miserabiliter truncat electos. At Oliverius Scholasticus recte ad A. C. 1146. quem initus a Nuroddino principatus postulat. Narrat deinde, Nurodinum Antiochenos aggreffum. Occurrit ei Raymundus Princeps cum Raynaldo Comite de Mares, Iozelini genero. Ambo in acie ceciderunt. Et Iozelinus Comes iter nocturnum

(7) p. 298.



num faciens captus Halebumque deductus, in carcerem abstruíus est. (8) Haec captae fama vrbis Germanorum animos ad expeditionem in Norimbergensibus comitiis decernendam mouit. (9) Mansit tamen vrbs in barbarorum manibus.

XXV. Edessa deinde fata fere ea fubiit, quae tota Mesopotamia. Captam a Saladino Oliuerius tradit. (10) Is eft صلاح الدين بن يومب بن شادس Sala-boddin ben Ijub ben Schadi. Hic a Nuroddino praefectus fuit Aegypto, quamad Syriam et Mesopotamiam. adiunxerat. Nuroddino, Al' Malek Affaleh Ifmael vndecim natus annos successit. Mox Salahoddinus Syriam et Mesopotamiam omnesque regiones sibi subiecit. Capta ab eo Edessa A. H. 578. A. C. 1182. (1) Omnibus regionibus in potestatem redactis, Hierosolyma quoque occupauit. Venit deinde Edessa etiam in Tatarorum siue potius Mogulensium Nam cum Mogulenses iam ipsi CPli metuemanus. السلطان عارام الدين rentur , eorum potentia motus Sultan Alaoddin Caicobaa, Rumaeae fen كيتباد صاحب الروم Asiae minoris dominus, in fidem sese tradidit. Hac gratia nifus, bellum cum الملك الإشرف Almalec Afcbraf gessit eumque multis regionibus exuit: Edessam vi cepit. Tres dies in Christianos pariter et Mahumetanos saeuirum est: direptae ecclesiae, domus omnes expilatae. Vbi autem Alaoddinus recefferat, Ala-[chrafus Υy

(8) Oliucrius p. 1374 (9) Chronographus Saxo p. 298. (10) p. (1) Gregorius Malatientis p. 270.

Digitized by GOOGLE

354

schrafus vrbem recepit, quatuor mensibus obsession, et excelsam in arce turrim diruit. A. H. 632. hoc eft A. C. 1234. et 1235. (2) Post id A. H. 658. A. C. 1260. Hulacu Ilchan Mogulensium dux eregiogenere, et Carrhas et Edessam deditione in potestatem redegit: idcirco in ciues nihil seuerius staturum est: at Sarugienses, veteres Batnaei, quod se armis defendisfent, deleti omnes. (3) Post id horribiles clades aliae Mesopotamiam adflixerunt, quibus etiam Edessa est obruta. Quare Gregorius Abulpharagius A. C. 1283. fic aiebat: (1) numquid Antiochiae desiderium me teneat, quam luctus et gemitus occupant? an Berrboeae? an Mabugi? an Callinici aut Edeffae, aut Carrbarum? quae omnes sunt captae et desertae. Eugenius III. P. R. in epiftola ad Ludouicum Francorum regem apud Ottonem Frifingensem: (5) Edessa ci-, uitas, quae nostra lingua Robais dicitur, quae etiam, vt fertur, cum quondam in oriente, tota terra a paganis detineretur, ipfa fola sub Christianor um potestate domino ferniebat, ab inimicis crucis Christicapta est, et multa Cbristianorum castella ab ipsis corrupta: ipsius quoque cinitatis archiepiscopus cum clericis suis et multi alii Christiani ibidem interfecti sunt. Circa haec tempora et A. C. 1350 Ludolphus de Suchen Parochialis ecclesiae in Suchen Rector, ab Damasco Edessam venit, quam Rockar vocat, pro Roha, (6) de qua ille fic: peruenitur İ7

(2) id p. 311. (3) Gregorius p. 531. (4) In excerptis chronici Syriaei apud Affemanum t. II. p. 260. (5) Et in Conciliis Io. Harduini T. VI. parte II. p. 1241. D. 1293. A. (6) cap. 27.



in villam nomine Rockar, quae nunc etiam planities Noe vocatur: nam Noe post diluuium ibidem babitauit. Haec planities est pulcherrima et vberrima et fertilissima pratis, et pascuis, arboribus, fontibus, pecoribus, piscibus, multum abundans frumento, et est inter montes inclusa et a Saracenis agricolis inbabitata. Vt postea paullulum recreata est Edessa, ita grauem casum pertulit, cum a Tamerlane capta fuit. Eius fama Principis, obres in Persia gestas, adeo terrori fuit toti Mefopotamiae atque Syriae, vt citius opes eius reformidarent, quam persentiscerent. Quod quidem AhmedArabsiades, more suo, magnifice refert, eam in fententiam: cum tympana atque litui Tamerlanis in Perfia concinerent, Edessam et Graecas prouincias eorum. sonum et arcuum Tataricorum stridorem persensisse. Tandem A. H. 795. A. C. 1393. fini-(7) bus Persiae excessit. Anno poft, Melopotamiam, Tigri fluuio traiecto, inuasit. Arabfiades, vbi a Timure Mausclam et Rhesainam in potestatem redactas fcribit, de Edeffa fic fubiungit (8) بقم الى الرها (8)

تتحول ودخلها يوم الاحل عشرة شصر مربيع الاول زاد عبثا وفسادا وجرمي فبما عاند ثمودا وعادا وخرج من تلك البلد ثاني عشرية يوم الاحد.

Tum ad Edessand diuersatus, eam in vrbem intrauit die vndecimo mensis Rabiae prioris, modum excessit in grassando vastandoque et similis suit in saeuitia Thamudo et Adae (quorum in Alcorano mentio exstat) et egressus est Y y 2 illa

(7) p. 80. ed. Golii (8) p. 93.

illa ex regione duodecimo die, feria prima. Capta vrbe, Ham Malekodzaherum Sultanum Maredini, in fidem iam antea receptum, Sultaniam secum duxit, eaque in vrbe compegit in vincula. Non ita multo post extractum ex carceribus, 'magno honore multisque muneribus adfecit. Tota Mesopotamia vsque ad Armeniae fines ei attributh, sex et quinquaginta vrbes cum praefectis suis dicto audientes esse iussit, quibus in vrbibus prima fuit Edessa. (9) Haec Timur eum in modum dolo malo composuit, vt, quia longinquis bellis distrahebatur, Malck odzaherum beneficio sibi haberet deuinctum et inuidia ceterorum principum praesectorumque premeret, ne quid nouarum rerum moliri posset. Quod quidem postea apparuit. Quas autem res Timur contra Baiazethem regem Turcarum gesserit, huius loci et instituti non est, commemorare. Ouanquam Turcarum potentiae illo bello grauis plaga inflicta est : tamen ab hoc vulnere recreata, iis incrementis efflorescere coepit, quibus non modo 'Afiae maximam partem vsque ad Euphratem opprefsit, sed Graecum quoque imperium deleuit et reliquae Europae praegrauis fuit. Edessaigitur sub Turcis, et, vt rerum conversiones tulere, sub Persis fuit, ignobile oppidum, nec fatis iam dignum memoria.

EMEN\_

Digitized by Google

(9) Arabsiades p. 100,

# **EMENDANDA**

- P. 3. in notis L. in bistoria dynastiarum.
- p. 20. lin. 7. L. Nundinas lin. 15. dele, primum.
- p. 23. lin. 2. Quantum Edesseni lingua Graeca delectati fint, passim apparet. Conf. Bibliothecam Coissinanam Montfauconii p. 230.
- p. 23. in not. 1. Abulpharagius ib. lin. 3. Dynastiarum.
- p. 40. lin. 5. post. deumque nostrum pietate. Ioannes Ernestus Grabius V. C. in notis ad Spicilegium Patrum primi seculi p. 314. quaecumque de Abgaris apud Graecos Romanosque repererat, ad historiam contulit. Sine his autem monumentis orientalibus, quibus nos vsi sums, nihil vsquam inuenit, quod satis cohaereret.
- p. 54. lin. 1. pro Ante C. N. lege A. C. N. p. 55. et p. 56. item lin. 1. L. A. C. N.
- p. 73. lin. 19. L. Euagrius Scholasticus.
- p. 75. lin. 3. L. ΑΥΓΑΡΟΝ.
- p. 80.lin. 2. post: Φιλοξωμαΐος dictus eft. Venit, cum haec iam effent edita', ad manusmeas, diu defiderata Ioannis Vaillantii Historia Arsacidarum, in qua p. 111. doctissimum senem video, hunc Abgarum cdere Arabem, praesectum alae Romanae sub Crasfo, Cn. Pompeio antea soedere iunctum. Multa alia sunt in hunc modum aliis in rebus peccata illo in libro: quae quidem cum sunt posthumi partus, auctori praestantissimo nemo imputauerit.
- p. 80. lin. 11. L. Mesopotamia.

Y y g

p.

Digitized by GOOGLE

p. 87. lin, 1. L. fando audiuissent.

- ib. in notis lin. 3. L. funt qui.

- p. 98. lin. 1-3. Somnus mihi obrepfit, vt Mofis Chorenenfis verba fine animaduerfione praetermitterem. Nunc neque otii nostri est, neque huius loci, ea accurate expendere.
- p. 104. lin. 5. L. Sanaductam.
- ---- ib. lin. vlt. in notis. L. in Spicilegio Patrum r. feculi p. r. feq.
- p. 109. lin. 3. Ludouicus Bourguetus V. C. haudita pridem in litteris ad me: Vtinam quae de Abgari epistola ad Dominum, eiusque responso in Tomo XIII. Bibliotbecae Italicae dixi, vidiss: Eusebium ego borum auctorem seci, et rationibus, quas sorsan non ineptas putares. Quid eius rei sir, non possum cognoscere, quando eum maxime tomum nondum adepti sumus. Nisi inuicta sint, quae vir amicissimus adsert, haud possum dissimulare, Eusebii sidem apud me maximi sieri.
- p. 109. lin. 14. post : At Guilielmum Caueum etc. Caueum contra Natalem Alexandrum et Dupinium (quibus Bernardus Lamius, in Apparatu Chronologicop. 121. et Samuel Basnagius assensis funt,) defendit Io. Ernestus Grabius 1. c. p. 319. ita, vt argumentis eorum consutatis, rem ipsam in medio relinquat.

p. 114. lin. 18. L. άχμεοποίητος.

p. 149. lin. 5 Hunc numum aeneum Ioannes Fideualens in Arfacidarum historia p. 345 ex thefauro



## EMENDANDA

lauro Regis Franciae produxit et Arfaci Vologefo II. Regi Parthorum tribuit. Et huic vero Arfaci nullam aliam ob cauffam, quam quod numeri epochae adscriptae, eius temporibus conueniunt. Sed erat primum aliis argumentis statuendum, hunc numum ad Parthicos referendum effe. Quod equidem haud inuitus faciam in contrarium. Primum vtar eo ratiocinio, quo Fideualens maxime delectatus est in Parthicis, The neoroun's Abgarorum vultibus congruere. At nauis typum haber, nulli Parthicorum conformem, in Edefsenis vero perquam familiarem. Fideualens: Ex aduersa parte genius vrbis capite turrito ac diademate exornato, rupibus infidet, quibus finistra innititur, dextera valtui admota. Quid hoc extremum fit, dextera vultui admota, mihi in primis perspicuum eft, qui Edessen numos tractaui. Sunt enim quidem ita rudes, vt nonnumquam manus dextera videatur nuda, quae, si argutius inspicias, seu sistrum tenet seu spicas. Hoc ipso in numo Parisino Ezechiel Spanhemius fistrum in dextera agnouit, quod oculos Fideualentis fugit. Ita typus omnis Edessenus est, tot aliis numis infignis. Ne quis mihi hic obiiciat, geniale caput turritum tribus in numis aeneis, quos idem Fideualens Parthicis Quorum vnum Arfaci Chofrhoi p. 321 inseruit. attribuit, cum A.  $\Delta OT$ . 374. ceteros duos p. 386. 387. Arfaci Artabano IV. cum annis AOY 471. et IIY 480. Nam is quidem typus non adeoproprius

prius est Edessenis, vt ille, quem supra explicui-Tamen animus noster non multum abhormus. ret vel ab hisce etiam vindicandis nostro instituto. Et illum primum quidem Abgaro XVI. afferen-· dum duco. In duobus alteris magis haereo, quod ambo propter annos suos adscribendi sunt Abgaro XXV. Eius autem numi exstant, cum L. Veri et M. Aurelii Antonini vultibus, quod nobis obiici potest. At non ita obnoxius Romanis hic Abgarus fuit, vt non numos alios suac genio vrbis fignare integrum fuerit regi, in multorum annorum principatu. Vtcumque quis haec acceperit, tamen, fi viueret Valens, fidem eius appellarem, et, vt erat aequus, ita certo scio, doctissimum an-• tiquarium, confideratis omnibus, faltem hic haefitaturum effe, neque ad Parthos magis inclinaturum, quam ad Ofrhoenos. Redeo ad primum illum -mumum, cuius έν προτομή a tergo tiarae, Fideualens A litteram vidit, quam Spanhemius non Is Arfaciae vrbi tribuit: nos ipfum Absenserat. gari nomen interpretamur. Sed quod tota in caussa summum est : quando hic numus propter annos fuos tribuendus plane est Vologeso II. conferat mihi quisquam cum illo aeneo alterum Vologefi huius argenteum ex museo Vaillantiano. Non barba congruit, non mystax, neque frons, neque nasus, vno verbo totus vultus diuersus est. Quare concludo, hunc numum ad hunc Arfacen non posse referri: ad alium vt pertineat, temporis signati

gnati ratio non permittit.

p. 152. lin. vlt. Lege: Maanu bar Maanu.

p. 153. lin. 27. L. Iudaeos.

p. 165. lin. 21. De Evaynágs Grabius in eandem fere sententiam incidit: sed cum cetera huiusloci non attigit, mansit corruptela. Praeterea Abgaro alii tribuit, cum illorum regum successionem et tempora non teneret. Sic autem scribit l. c. p. 317. Eius quoque mentionem factam puto ab eodem Iulio Africano in Cestis, vbi ait : Eidov x αυτός έναγκάζε τε βασιλέως. In quem locum animaduertens Ioannes Boivin : Quis fuerit ille Enancarus, inquit, nondum didici. Nec mirum, difficile enim est discere, quod nemo docet. Ego legendum conücio : Ev Abyágs. Nam et quae proxime sequentur, mutila funt et corrupta, vt laudatus Boiuinus notauit. Coniecturam meam confirmo exinde, quod tribus ante verbis memoretur Bazono ivns o Nazgos. et mox iterum : ny o άγα σοΦός τοξότης Βαγδεσάνης, μωτες τις έτερος. At vero, in istius, qui Iulii Africani aevo regnauit, Abgari familia, vel familiaritate faltem vixisfe Bardesanem, locuples testis est Epipbanius Haeres LVI. Αυγάθω δέ των Εδεσσηνών δυνάςη, ανδρί δσιωτάτω έξοικειώμενος τα πρώτα η συμπράττων τε άμα η της αυτέ μεταχών παιδήας κ. τ. λ. Sed gratis haec de Bardesane Partho fibi sumsif Grabius, quando ex Cestis non apparet, suisse illum celebrem doctrina et haeresi Bardesanem. Z 2 Edes-

361

## EMENDANDA

Edessenum etiam istum Bardesanem Parthum fuisse, ex nomine arguo. Confer quae p. 166. a nobis sunt dicta.

p. 169 lin. 2. L. videri mibi

362

- p. 179. lin. penult. L. bonoratis lin. ult. L. ambitionem
- p. 200. lin. antepenult. L. focero
- P. 234. post: puluere pluisse. In haec tempora incidunt, quae Priscus Panites p. 74. edit. Paris. de Constantio legato Romano ad Perozen Persarum regem habet, έν Εδέσση, Ρωμαϊκή πόλα, πεοσόμω δε τής πεεσῶν χώεας έγκατέμανεν, in Edessa vrbe Romana, vicina Persiae permansit, cum Perozes rex eum recipere cunstaretur : longo post tempore, concedente rege, in Persiam est ingressa.
- p. 236. lin. 22. L. quod vrbem

# Digitized by Google

INDEX

# INDEX RERVM.

## A

Abagarus 73. Abbarus 73. 192. Abdo bar Mazour rex 64. Abdus, nomen quod fit? 64.115.117. Abgar, nomen, quid?73 feq. Abgari omnes Edesseni reges dicti 73. sq. 129 Abgarorum stemma 97. Abgar bar Abgar 77. – Ajazeth 147. -Manu 158. - Phicas 73. 96. -Seuerus 162. - Sumaca 91. -Vchomo 95. Abgar decimus rex 91. Abgari et Christi epistolae 104 sq. Abgari Romae versantur 120. 156 157. 175. 178. 202. Abgari in inferiptione Romana 178. Abgari duo sub Gordiano 201.202 f. Abrahami fons 6. Abnrin Arabs praefectus Mesopotamiae 278. Acabene prouincia Mesopotamiae 154. Acabir quid? 175. Acbar quid? 73. 175. Achacus Emir in Mclopotamia 282. Aczianns pracfectus Ant ochiae 307. Admirabilis quid? 307. Admiratus quid ? 307. Adoptandi ritus apud Edeffenos 301 Adulterii poena 173. Acdeffa, vide E.deffa 14. 124. 125.

2 70. 154. 226.

5

Aclius Septimius Abgarus 173 fu Agarrus rex 164. Ay bagos 73. Agjam regio 308. Agulani qui? 308. **Α**κδαρος 73. Alani 130sq. 146. 308. – pileati 146. 147. Alannus 130 146. - eius pileus 146. Alauni 147. Alexander pracfectus Edeffenus? Algjezirat 284. Almalck titulus 284. Alzababi qui locus?281. Alzabati qui locus ? 281. Alzabi qui locus? 281. Amacha castellum 313. Amida 189 fq.213 f. 218.220.241.244 Amiralamir 273. 282. Ammianus Marcellinus 219. Ananias 109. 112. Anastalius praefectus Edessenus 235 Antoninus Abgari regis fil. 179. **Αναξυ**βίδες 144. Ancobarites 154. Anni Abrahae 24 f. \_ Chrift' fecundum orientales 24 feq. 102. 110 🔔 fecundum Eufebium 26. Edeffeni 14. fq. -cum annis Abrahae comparati 27. - Mundi 23. 24. Anthemusia 254 Antiochia ad Callirhoen 10.29. \_ ad Daphnen obsessa et capta 6 Francis 306.310.

a Grae<sub>n</sub>

a Graecis. 345. a Perfis 253. Iq. Migobagbagos II. Latochenus ducatns sub imperio Crlitano 346 Antoninus Abgarus 174 178. A wopequarys 290. Appianus Alexandrinus 21, 72, 73, 75 82. Arabes paftores 337 —in Melopotamia 31.35. - Persiam et Mesopotamiam occupant 278. Arabum tribus 36. 38. 283, Arachenies 4. Arangaldus 329. Araxes Xenophontis 12. Arbandus 150. Arech 7. Arecca 4. Areobindus 242. Ariamnes 81. Arimanes, 81, 82, Armeni Edeffae 36. arces multas occupant 344 Armigazi 329. 331. Armolata 300. 301. 302 V: Armolata; Arrhoafia vide Roha Arlamus 100 fq. Ariania fluuius 30r Arlauirus rex 100. Arichak rex 98. Artavafdes rex 98. Arun campus. 321 Arzmidocht regina Perfiae 282. Affemannus laudatus 41.74. Affingor quis ? 308. 309. Affungur 308. Atargatis dea 139. Αυγαρος 73.75. Ιο**9.** Augusti numi an Edessae cusi 94-

Aurora borealis 239. 241.

Aurum comparititium 225. Automnus aptus hello gerendo 290 Axungui 351. Azagir, quid? 175. Azimitae 308. Azizus noinen proprium 139. — deus 139.

#### B

Baal 69. 139. Baaltis 69 Bacru nomen proprium 67 feq. -bar Bacru rex 68. bar Paradaícht rex 67. Baiay vrbs 191. Balak pracfectus Batharum 305.313 314ben Bahram 336. 340. 341. **B**alas vide **B**alak Baldak praefectus Samolatenfis 302. 304. 305. 315. Balduinus Boloniensis 294. -Edeffam capit 294. 299. corporis et animi dotes. 294. 318. rex Hierofolymorum 318. moritur. 335. Balduinus de Burgo f. de Montibus 319. Aculeus 336. rex fit ib, animi et corporis dotes 336 liberi 319 capitur 323, deferitur 325. capitur 336 redimitur 327. 342. Balduk v. Baldak. Bambyce vrbs 2. Vide Mambig Bar Zaphram 871 Barbae honor 328. Bardefanes Edessenus 13, 171. 172. 1.73. Parthus 165. Barodatus episcopus Edessenus 255 Βασιλέυς μέγας 175.

3

Ba-

Digitized by GOOGLE

Bafilius Armenus. 344. Basilius Edessenus 245. Batnae 191. 215. 219. 221. 222 244. 246. 252. 254. 305. V. Sarug. Belfet, Belfetob, Belfetosh, Belfetot 308. 309. Beltisame 69. Belus 139. Benedictus Edessenus episcopus. 323. Bethzabe locus 281. Bimund. 294 Bira castellum 351. Boamundus dux 317. 320. \_ iunior 242. Boldcchinus v. Boldequinus. Boldequinus 333. Boranes regina Perfiae 282-Borlequinus 333. Brodoan 325. 333. Burlo 333 Burs (de) 319

### С

Callinicum 234. 244. 252. 256. 32.2 Callirhoe fluuius 10. 12. \_Edeffa Callirhoe ib \_ Antiochia ad Callirhoen ib. Calogembar 351-Candys 144. Cafacalla (Antoninus) 196. 181. Carrhae 80. 161 .177 186. 212. 241. 243.252.255.281 fines versus Edessam Scirtus fluuius. 252. 320 -metropolis. 187. 188 \_eius vrbis epocha. 187 \_premuntur a Balduinis, 3'9 -defertae 354.

Chabor fluuius 12. 14. 321 Chalifarum fata 278. 282. **Χ**ΗΡΙδωτόν 146. Chlamys Edeffenorum 145. Chorasani rex 307. Chofroes Artaxerxis fil. rex 200. ſeq. Cubadis fil. 246. seq. 253. - Hormifdae fil. 268 Chryfargyrum 238 feq. Cobar fluuius 322. Cocolandor 333-Coloffus Rhodius 279. Constantinus Armenus 303. 306. 344 Carantenus 200 Magnus ordinat Melopotamiam. & Armenia am 217 Constantius Imp. 218 Corasan 307. 33r Corbagath 307. 309 Corbanan 308 Cornelius Tacitus 127 Cortenaye 319 Cortona 319 Creffum: castrum 343' Croiffon caftrum 343 Crux in tiaris 144. 173; Cubades 241. 253 Cug Baul Armenus 344. Curbarannus 307. Curia Edessena 226 f. Curti 9. 308. Cydaris v. tiara. Cyncgius dux. 232. f.

#### D

Daizon fluuius 13. 14. v. Scirtus. Danischmand quis? 317. Danisman 317.

Dar-

Darfianus 307. Darub quid? 344 Demosthenes dux 252. — praefectus Edestenus 240. Diadema Edestenornm regum 134. Diodorus Siculus 30. Dionysii Telmariensis chron. 24 26. Dochinus 333. Doldequinus 333.

#### E

Edefiei 94. 122. Edeffa Macedoniae 13. 123. ciues Edessaei 122 seq. — Edefaei 94. - Edeffeni 124. f. numi 94. 122. 124. Edessa Mesoporamiae vnde dicta 10.13.14. Edissa 3. Acdessa et Acdesa v. suo loco. Edeffeni et Edeffaei 122. 124. Antiochia ad Callirrhoen 10 21. Μιξοβάεβαρος 11. an vetus Arech 3. Roha dicta v. Roha et Vrhoi. an Iuftinopolis dicta 247. Ofrhoene, Orrhoene Ofdroene regio v. fuis.locis. vbi fita 1. 2. vrbis fitus 2. 183 f. 248 f. vrbs superior et inferior 185 186 238. ſ. vrbis fines a Carrhenis diuisi 252. 320. agri sertiliitas 184. 242, 244 295. 297.320. 355. fines regni 38. 319. arecs finitimae 233. 295. 297 300. 303. 310. 311. 313.

pagus Bocheaus 243. - Cubae 243. - Dahaban 244. - Modad 245. 250. - Negbat 248. – Sala 248. ------ Telzama 245. 250. mons Tabara 170. 248 f. 251 cliuus Zorenus 243. 248f. regio f. vicus Saharitarum 170. - Rangulath 332. moenia 169. 170. 233. 245. 263 297.349. murus duplex 249. turris Perfarum 169. \_ in arce 354. porta Barlai 263. - magna 235. 26L --- Petræ 235. 263. - Soinæ 263. in qua reperta imago Chrifti. 264. - Tripyrgia 263. castellum 250 261 352. palatium maius 169 seq. - in Tabara 170 249. prætorium 235 245 templum gentile celeberrimum 140 leg 23 . 236 feg. ecclesiae christianae 170. 171 250. 278.353 - S. Adaei apostoli 235. - Confessiorum extra vrbem 243. 244. - S. Ioannis Baptistæ 235 302. — Magna, 250 - S. Mariac 222, 245, 350 - Sergii extra vrbem 243 **144**. - in qua corpus S. Thomae 286 350. - Nestorianorum 287. ecclesiarum reditus 245.

**m**o-



mönafteria 243.281. - reditus 245. Bibliotheca 103. archiuum 171. antiphorus 250 porticus 169 239. – lampades in porticibus 245. Hippodromus 120. 157. balneum aestiuum 238. 245. - Hibernum 240.245 - Iberorum 239. parepton 235. dimation 235. statuz 220. officinae et opifices 169, 170 226 239. Fontes 169 239. Aunius Daizon f. Scirtus v. fuis locis. aquaeductus duo. 245 seq 248 ſeq. 250. incolae 31 seq. \_ Syri 4. 31 seq 298. \_ Arabes 31. 35.36.38. 121. \_ Saraceni ib et p 78. - Armem 36. - Graeci 9. ethnici incolse 144. 171 seq 222 seq 236. dii 5. 69. 70. 137. 139. genius vrbis 183. christiani 171.236 297. Nestoriani fouentur a Persis 271 287. - pulfi 272. eorum schola 272 Iudaei 7. 9. 117. 279. Ludi 234 seq 236. Edessa sub Persis 7 fub Alexandro. 7 fub Seleucidis. fub regibus fuis 33. f. colonia Romana 181. 182 seq 186 feg 195 feg 207 feg

metropolis 188 seq 201 seq. Edessa an a Nimrodo condita 3 colonia Chaldaca 4. an a Selenco Nicatore condita 8. ab eo restaurata 8. 20 f. an ab Abgaro condita 100,102, Tigrani obnoxia 76 in Luculli potestate 78.79. Pompeio obnoxia 79 numquam capienda 107. 242 297.354. capta a Persis 129. capta a Traiano 149. 153. capta a Caracalla 176. obseisa a Persis 210. obsessa a Persis 241. obsessa a Persis 254. obsessa a Persts 258. oppuguata 259. obleffa 259. capta 2 Chofroe 270, 271. a Narlete 270. a Leontio 270. recepta ab Heraclio 272. a Iaído Arabe 275. capta ab Arabibus 280. capta a Nassiroddaula, 283. 1 Graecis. 290. ab Arabibus bis tentata 292. capta a Francis 293. f. 297. obsessa Codbuca 3'10. seditio compressa 312. oblessa et a Persis 315. recepta a Iofcelino 338. **a** Balaco 340. a Graecis 347. a Zengio 348. 349. a Nuroddino 351. capta a Saladino 353. ab Alaoddino 353. ab Alaschrafo 353. a Mogulentibus 353.356. a Tamerlanc 355. Edessae eluuiones fluminis 169.213

233

23.247. f. 278. fames 306. peftis 234. 235. 240. frigus 240. 316. locustae 239. terrae motus 239. 278. 283. Edessae status sub Persis 7. status sub Seleucidis 28 f. 33. respublica 28. 33. regnum 27. 63. 177. iterum respublica 185. Edessenireges ex Parthis 35 f. Arabibus ib. Syris ib. eorum tituli 35. 37. 173. 175 infignia 133 f. proceres 176. curia 226. f. fenatus 2266.298.299. leges 172. 173. 215 f. 224 225.226 1.230.233. numi 40 et passim milites praesidiarii eorumque stipendia et praedia 215. Edeffae reges I Orhoi bar Chevjo 33. 36. 63. II Abdo bar Mazour 64. III Paradaícht bar Gabaru 67. IV Bacru bar Paradaicht 67. 🛛 Bacru bar Bacru 68. VI Abgar Phico 73. VII Abgar bar Abgar 77. VIII Maanu Aloko 80. IX Pacorus 86. X Abgar 91 XI Abgar Sumaca 9r. XII Manu Saphelul 92. XIII Manu bar Manu 93. XIV Abgar Vchomo 95. XV Manu bar Abgar 125. XVI Manu bar Abgar 129. XVII Abgar bar Manu 130. XVIII Abgar bar Ajazeth 147.

XIX Parnataspates 148. XX Parnataspates iunior 148. XXI Manu bar Ajazech 148. XXII Manu bar Manu 152. XXIII Val bar Sahru 157. XXIV Manu bar Manu 157. XXV Abgar bar Manu 158. XXVI Abgar Seuerus 162. XXVII Manu bar Abgar 162. XXVIII Abgar bar Manu 169. Abgari reges duo fub Gordiano Imp. 179. 201 f. Edessa praesides et praesedi Palladius 217. Anastasius 2 35. Alexander 235. Demosthenes 239. Eusebius 240. Eulogius 245. Ioannes Catias 275. Ptolemacus Stratelata 275. Aatira 283. Naffiroddaula 284. 290. Zeng 284. Salaman Turca 290 201. Georgius Maniaces 290291. Lependrenus 292. Parazbatzes Iberus 292. Senex Graecus 298 f. 303. Edeffae Comites Franci. I Balduinns I. 293. eius coniux 294. v. Balduinus Bolonienfis. 11 Balduinus II. v. Balduinus de Burgo. III Ioscelinus I. v. sub suo nomie ne. IV loscelinus II. v. ibidem, Edeffae comitatus quas vrbes tenue. rit 292 f. 317. fubiectus Antiocheno ducatui. 330. 332. 342. 1346 CPlitano Imperatosi 346 Seditio contra Comitem 3 12. Edessena lingua 5. 257.

Edes-

epochav. Epocha. -Edesseni menses 17.f. anni 14. f. annoruminitia 19 f. Edeffeni fagittarii 166. 197. Edeffeni vt adoptarint 301. Edesseni numi v. Numi. Ediffa. 3. Effigies Christia xespo noiytos I I 2. f. 264. 284f. Expare quid? 113. Elmachuel 31. Emela v. Emila. Emiralemira 273. 282. Emirorum potentia 282. Emila 188 f. 192. 211. 279. Enancarus 165. 361. Enxhu 312. Epocha Edessena 14. in numo 22. 149. 358. Carrharum 187. Erech 3. Eunuchi 172. 313. -lex contra eos 172. Euscbius Caesariensis 8.14.15.24.71.

#### F

Farfar fluuius 334. Fluuiorum nomina 12. Fulcherius Carnutenfis 293. 304 338.

#### G

Genealogia. — Abgari Vchamae 97. — Abgarorum fub Gordiano 178. — Armenorum 344. Gordiaene 9. 308. Gregorius Malatientis 96. 294.

#### H

Hanan 112. 109. Harduinus(Ioannes) 10. 15. 41. 119. 124.155 153 174.186. 197. v. praef. Hafartharx 310.

#### Ι

Iacobi Patriarchae tentorium 6.192 Iacobus Rohenfis 22. Iad dux Arabum 275. ladz dux Arabum 275. Iarch quid 2. Ιάσδος 275. lezdegerd rex.273 Inscriptiones explicate 69.70.86. 178. Ioannes Edessenus praediues 256. Ioscelinus I: de Cortenaye 319. \_ cognatus- Balduini I. 319. \_ ad Raccam captus. 323. \_ redimitBalduinumComitem.327 \_ inimicitiae cum Balduino 332. - Tiberiadenfis Comes fit. 333. - pro Balduino rege suffragia 335.336. Comes Edessenus 336 capitur et cuadit 336 seq moritur 343. Ioscelinus II. filius 345. \_ eius genus 345. peffimi mores 343. 349. \_ dolus 346. ab Edessa Telbascheram sedem transfert 349. - Edessam amittit 349.

recuperat et amittit 351.

Aaa

cius

Maacus Edessenus explicatus I. Isidorus Hispalensis illustratus 3. Iter vnius diei 2. Iudaci Edessae et Emesae 7.116, 117. - praediuites 279. Iulius Africanus 171. - eius xy50i 165. Iuftinopolis24 7.

K

Kalogembar quid 351. Kefre Anuxiron quis ? 261,

### L

Lampades publicae 245. Laodicaea 8.  $\Lambda$ EBEVNS 344. Leges illustratae 173,215, 216, 217 223. 224.225. feq. 233. 265. Leo Armenus 344 seq. Leuo Armenus 344. Limitanes milites.215. f. Limitrophi fundi, 215. f. Locustae, 239. Luna dea 5. 69. 70. 137. 139. Lylias dux 154.

#### M

Màcorus 82. Maanu nomen proprium quid 69. \_ deus 69. 70. 139. Maanubar Abgar 125, 129, 162. - Aloho 80, - bar Ajazeth 148, bar Maanu 93. 152, 157. - Sapheiul 92.

Mabug v. Mambugi, Maifracta vrbs 290. Maipherkin vrbs ib. Malatia 316. Maledoctus 331.333. Malela (Io) illustratus 11. Mambagi S. Mambugi 2. 296.342. Mambuth 341. Mannus Philorhomaeus 71.158.f. Marachus. 82. Marpha. 319. 336. Mars Edessenus. 139. Martyropolis 290.291. Maurofori 281. MazáeIns 82.85. Mazour 64. Meherdates 126 feq. Melitene 316. Menfes Edesfeni v. Epocha. Mercurius Edessenus 69. 70. 139. Mesopotamia in Syria 190. . nomen Syriacum 1.181. \_ fub Alexandro M. 7. - Graeci coloni 9 feq. - sub Traiano 154. - fub Constantino M. 213 feg. - sub Parthis. 82. - fub Arabibus 283. Mesopotamia alia 189. 190. Meffenii ad Euphratem. 151. Metropoles ecclesiafticae 214. - Mcsopotamiae 214. Mezbin 103. Michaelitae numi. 328. МиєФернери 290.291. Monime nomen 70. Monimus nomen proprium 139. - deus 69. 70. 139. Moles Chorenenfis illustratus 9919.

#### N

Nabo luna 139.

Nr



Naffiroddaula 283 291. Nauxiruan. 261. Nicofius Armenus 307. Nifibis. 164. 217. 219. Numi quem vsum habeant 40 feq. . Edessae in Mesopotamia cusi 40 et paffim. - Edessae in Macedonia 94.122 - nimis eleganter picti. 159. Edeffeni  $E\Delta E$  infcripti 182. – Michaelitae, 328. Numi Parthici Edeffae vindicantur. 22. 149. 358. Edeffeni cum epocha ib. - Alanni et Abgari 130. - vexatissimus 188 Nuroddin 309. 353. aurei, argentei'quando in 0riente non fint cufi v. Praef.

#### 0

Orchoenfes 4 Orech 3. Orhoi rex. Vide Edessa Orrhoene 38, Ofdroene 38. 177 Ofrhoene 38. 214 – fub Traiano 154 \_ fub Caracalla 181 - fub Imperatore CPlitano 214.f. Ofrhoeni 38. 154. 214. - Persae dicti 37. 164. - Parthi vnde 37. 164 - Sagittarii 166. 197 Ofrhoenum regnum vnde 38 \_ quam late patuerit 38. eius initium 32 f. \_ fin's 27. 177. 181 – nouum regnum 203 Ofrhoes rex quis 33. 36

Pacorus nomen proprium 86. - Edessae rex 86 - Parthus regis filius 86 f. Pancratius 296. 297 f. Parnataspates rex 148 iun or rex 148 Parthamaspates 148 Parthyaea 33 Pharasmanes 247 Phicas quid 73.96 Phrataces 100 Phraates 100f. Pisces facri 6. Plutarchus emendatus 81.85. 245. - illustratus 244. 248. 250. 245 Procopius illustratus 33. 244. 248 250. .cmendatus, 245. Proconfules Syriae 111. feq. Ptolemaeus (Claud.) 4, 12, Publicani, qui?308.

#### R

Racca 322. Racha 322. Rages 13. Ravendel 296. Ravenel 296. 297. Regesmagni, qui? 175. dicti pracfecti Arabum. 282, Renaudotus (Eulebius) 291. Rhages 13. Rhefaina 233. Rhodius Coloffus. 279. Rhodus capta. 279. Roaes 13. Roais 12. Rockar 355. Roha 4 5. 12. v. Edeffa. Rohais 12. Rohas 12. Rohafia 13.

Pá-

.....

Ρόχα 287. Ροσιζώικεν. 215. Rothafia 295. Rufus (Sextus) 82.

Č

Sagittarii Edeffeni 166. 197. Saharitarum regio 170. Saladinus 353. ct praef. Salahoddin ben Ijub 353. Samarcha 307. Samofata v. Armofata, Samufart 301. Sanatruccs 93. Sanguinus 309. 348. Sarmes castrum 301. Sarug fu Sarugi 305. 314. v. Batnae. Scaliger (lofephus) 15.16.24. Sceptrum 146. Scirtus fluvius 2. 1 3. 169. feq. 320. 247. fec.320. v. Edeffar Seleucia 317. Scroge 305. Sochomanus 322. ' Sokmau ben Ortok 322. Sol Edessae cultus 5.69.70. – in tiaris 133. seq. Sororgia 305. Sporaces 150. Stellae in tiaris et numis 133. feq. Stephanus medicus 258... udarium Christi v. Effigies. Syriacae linguae dialecti 5.

#### Т

Tafrok 306.313

Tancrédus 325. 327. 330. Taphnuz Armenus 306. 313.) Tel Bascher v, Turbaysfel, Thaddaeus apoftalas 115.116. Theophilus Edeffenus 22. Tiarae 133 - recti 135 Tigranes rex Armeniae 75. 93. Togracin Damascenus 333. 337. Traberez 295.296. Traianus Imp. 149. seq. Tugragin Damascenus 333. 337. Tuldequinus Damascenus 333. Tulupa caftrum 291.299. Turbaysfel 295. 296.311. 319. 307. 331. 338.349. Turbessel v. Turbayssel. Turcae et Persae confusi 305.

#### V

Vchame, quid? 95. Vchania 95. Vchomo 95. Verchi 13. Vefirii fub chalifis 283. Vodena vrbs 13. Vr Chaldaeorum 4. Vrhoi Edeffa 4. v. Roha.

Zabas locus 281. Zabdiel 30. Zengius 321.348.350. Ziffin campus 322.







、

. . .

•

•••

. . . .

· · ·

